35.3.A.31 op 2

DE PARTIBVS DIVINAE LEGIS LIBRI

duo doctiſsimi, omnibus theologiæ ſtudioſis apprimè vtiles, Iunilio epiſcopo Africano autore.

Quibus adiunximus eiuſdem epiſcopi commentariolum in librum Geneſeωs.

Acceſsit præterea rarum & vetuſtum opuſculum ἀντικειμένων, id eſt locorum vtriuſque teſtamenti in ſpeciem pugnantium, licet reipſâ adeò nihil differentium, vt eorundem conciliatio verius ſit, libris tribus conſtans.

Omnia cum indice copioſiſsimo rerũ omnium memorabilium.

PARISIIS,

Apud SebaſtianumNiuellium ſub Ciconiis, in vico Iacobæo.

1556.

1.5.3.A.21

EX IOANNE TRITEMIO deſcriptoribus eccleſiaſticis.

IVnilius epiſcopus cuiuſdam vrbis in Africa, nomen autem ciuitatis inuenire non potui: vir certè in ſacris ſcripturis valdè doctus, et in ſecularibus diſciplinis meo iudicio ſufficienter inſtructus, ſenſu profundus, eloquio dulcis et ornatus: multa dicitur conſcripſiſſe opuſcula: ſed ego tantùm vidi opus inſigne, quod ſcripſit ad Primaſium epiſcopum quod prænotauit, De partibus diuinæ legis lib. I. Sancto ac beatiſſimo epiſcopo. Claruit eo tempore quo Primaſius anno domini, 440.

SANCTO AC BEATISSIMO EPISCOPO Primaſio Iunilius S.

SCis ipſe venerabilis pater Primaſi, quia vitæ meæ & propoſiti conſcius, ſicut diuinę legis me ſtudium habere non denego, ita doctorem dicere non prę ſumo: illud propheticum metuens, peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & adſumis teſtamentum meum per os tuum? Sed dũ te inter alios reuerendiſsimos coëpiſcopos tuos vſque ad Conſtantinopolin peregrinæ prouinciæ coëgiſſe vtilitas, ex ciuilitatis affectu in notitiam colloquiúmque peruenimus. Tu autem more illo tuo nihil antè quæſiſti, quàm ſi quis eſſet inter Græcos, qui diuinorum librorum ſtudio intelligẽtiáque flagraret. A hæc ego reſpondi, vidiſſe me quend[illegible] Paulum nomine, Perſam genere, qu[illegible] rorum Schola in Niſibi vrbe eſt edoct', vbi diuina lex per magiſtros publicos, ſicut apud nos in mundanis ſtudiis gram-

matica & rhetorica ordine ac regulariter traditur. Tunc diu quæſitus, ſi quid ex eius dictis haberem, dixi quòd legiſſem regulas quaſdam, quibus ille diſcipulorũ animos, diuinarum ſcripturarum ſuperficie inſtructos, priuſquam expoſitionis profunda patefaceret, ſolebat imbuere: vt ipſarum interim cauſarum, quæ in diuina lege verſantur, intentionem ordinémque cognoſcerent: ne ſparſim & turbulentè, ſed regulariter ſingula diſcerẽt. Hæc tu pater, neſcio qua ratione, omnibus Chriſtianis erudiri volentibus, neceſſaria iudicaſti, excuſantémque me diu vſque ad defenſionis impudentiam compuliſti. vnde in duos breuiſsimos libellos regularia hæc inſtituta collegi, addẽs ipſius dictionis, quantùm potui, vtilem formam: vt velut diſcipulis interrogantibus & magiſtro reſpondente, breuiter ſingula, & prælucidè dicerentur. Et ne aliqua onfuſio per antiquariorum (vt adſolet) gligentiam proueniret, magiſtro M. ecam literam, diſcipulis verò D. præi: vt ex peregrinis characteribus, & quibus Latina ſcriptura non vtitur, error omnis penitus auferatur. Sunt alia illius viri præclara monimenta. Nam & beati

Pauli ad Romanos epiſtolam audiui ſubtiliùs, vt arbitror, exponentem: quam ego ex eius ore, ne memoria laberetur, excepi, ſed curarum negotiorúmque ſpinæ, ne quid agro Dominico fructificemus, impediunt. Sufficit hæc vna temeritas, quòd diuino gazophylacio ex paupertate confeſſa, duo hæc audeo minuta iactare. Sunt qui talentis onerent, vnde egentibus prorogetur: qui virtutum gemmas, aurum vitæ, argentum ſcientiæ, diuinis poſsint offerre ſacrariis. Mihi nihil amplius duobus ſuppetit his minutis: & ipſis ab alio commodatis. Verùm enimuero multùm mihi de Euangelico examinatore polliceor: quia licet alij ex pretioſiſsimis pretioſa, ex plurimis valent plura largiri: ego tamen quia totum dedi, plus obtuli. Vale.

Sequuntur tituli ſeu capita libri prioris.

1. De partibus diuinæ legis.
2. Quæ pertinent ad ſuperficiem ſcripturarum.
3. De hiſtoria.
4. De prophetia.
5. De prouerbiis.
6. De ſimplici doctrina.
7. De authoritate.
8. De ſcriptoribus diuinorum librorũ.
9. De modis ſcripturarum.
10. De ordine ſcripturarum.
11 De his quæ ſcriptura nos edocet.
12. Quot ſignificationibns ſcriptura de Deo loquitur.
13. De ſignificationibus diuinæ eſſentiæ.
14. De ſignificationibns Trinitatis.
15. Quot modis pater ſignificatur.
16. Quot modis filius.
17. Quot modis perſona ſpiritus ſancti.
18. Quid habent commune, vel propriũ perſonæ Trinitatis.
[1]9. Per quot modos diuinitatis efficientia ſignificatur.
[20.] Quot modis ex collatione ad creaturas Deus ſignificatur.

[D]e partibus diuinæ legis, Cap. 1.

[D]. *In quot primas partes legis diuinæ ſcientia diuiditur?*

M. In duas: quarum vna ad ipſam ſuperficiem dictionis propriè pertinet: alia in rebus eſt, quas ipſa ſcriptura nos edocet.

Quæ pertinent ad ſuperficiem ſcripturarum.

Caput II.

D. Ad ipſam ſuperficiem dictionis propriè pertinentia quot ſunt?

M. Quinque.

D. Quæ?

M. Species dictionis, authoritas, conſcriptor, modus, ordo.

D. Species dictionis quot ſunt?

M. Quatuor. Nam aut hiſtorica, aut prophetica, aut prouerbialis, aut ſimpliciter docens.

De hiſtoria.

Caput III.

D. Hiſtoria quid eſt?

M. Præteritarum rerum præſentiúmve narratio.

D. In quibus libris diuina continentur hiſtoria.

M. In ſeptemdecim. Geneſeos I. Exo. I. Leuit. I. Numerorum. Deuteronomij I. Ieſu Naue I. Iudicũ I. Ruth I. Regum cundum nos, IIII. ſecundum Hebræo II. Euangeliorum quatuor, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundũ

Lucam, ſecundum Ioannem. Actuum Apoſtolorum I.

D. Nulli alij libri ad diuinam hiſtoriam pertinent?

M. Adiungunt plures, Paralipomenon II. Iob I. Eſdræ II. Iudith I. Heſter I. Maccabæorum II.

D. Quare hi libri non inter Canonicas ſcripturas currunt?

M. Quoniam apud Hebræos quoque ſuper hac differentia recipiebantur, ſicut Hieronymus, cæteríque teſtantur.

D. Nulla in his libris alia ſpecies inuenitur?

M. Incedunt cæteræ, ſed non principaliter: quia & ſi perſonæ, à quibus dictæ ſunt primùm, ſecundum cæteras ſpecies ſunt locutæ: tamen ab eo qui librum ſcripſit, vt hiſtoria ſunt relata. Sicut benedictiones Iacob patriarchæ, ab ipſo quidem vt propheta dictæ ſunt: ſed Moyſes qui refert, ordine narrat hiſtorico. Et cùm ipſe Moyſes dicit in principio factum cœlum & terram, prophetico [illegible]dem dicit ſpiritu, ſed ſpecie narrat hi[illegible]orica. Similiter & prouerbialiter non[illegible]unquam ſonat hiſtoria: vt eſt, Ambulantia ambulauerunt ligna, vngere ſuper

ſe regem. Aliquando ſimpliciter docet: vt eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Omnia tamen, vt dixi, ſpecie contexuntur hiſtorica.

D. Quid hiſtoria ſpeciebus cæteris præſtat?

M. Quòd ipſi cæteræ ſubiacent, ipſa nulli.

D. Quid illi commune cum cæteris?

M. Habet commune cum ſimplici doctrina, quòd vtraque ſuperficie planæ videntur, cùm ſint intellectu plerunque difficiles. Nam aliæ contrà.

De Prophetia.

Caput IIII.

D. Quid eſt prophetia?

M. Rerum latentium præteritarum, aut præſentium, aut futurarum, ex diuina inſpiratione manifeſtatio.

D. Da in præteritis prophetiam.

M. Verbo Domini cœli firmati ſunt. &, Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt. &, In principio fecit Deus cœlum & terram.

D. Da in præſentibus.

M. Cognitionem futuri facti Gieſi pro-

pheta in præſenti vidit: & Ananiæ ac Sapphiræ Petrus Apoſtolus.

D. Da in futuris.

M. Ecce virgo accipiet in vtero, &c.

D. Quare in definitione poſitum eſt, latentium?

M. Quia ſi quis iam cognita dicat, licet & futura ſint, tamen propheta non eſt: ſicut nos, cùm reſurrectionem prædicamus, prophetæ non ſumus. Si verò cuiuſcunque temporis latentia manifeſtat, tunc propheta eſt, ſicut iam oſtendimus.

D. Proba hoc.

M. Apoſtoli teſtimonio in epiſtola ad Corinthios, qui ait: Si conuenerit vniuerſa eccleſia in vnum, & linguis loquantur omnes, intrent autem idiotæ, nonne dicent, quia inſanitis? Si autem omnes prophetent, intrent autem infideles, aut idiota, conuincitur ab omnibus, interrogatur ab omnibus, occulta etiam cordis eius manifeſta erunt: & tunc cadens in faciem, adorabit Deum, adnuncians quòd manifeſtè Deus in vobis eſt. Ecce Apoſtolus prophetiæ vim in occultorũ manifeſtatione ſignauit. Sed & ſequentia in eadem epiſtola & cæteris multa ſunt talia.

D. Quare addidimus, Ex diuina inſpiratione?

M. Quia illi, qui aut dæmonum inſtinctu, aut aliis modis latentia dicunt, licet prohetæ dici poſſũt, tamen inter diuinarum ſcripturarum non numerantur authores.

D. In quibus libris prophetia ſuſcipitur?

M. In ſeptemdecim. pſalmorum 150. lib. 1. Oſeæ lib. 1. Eſaiæ lib. 1. Iohel. lib. 1. Amos lib. 1. Abdiæ lib. 1. Ionæ lib. 1. Michex libro. 1. Naum lib. 1. Sophoniæ lib. 1. Abacuc lib. 1. Hieremiæ lib. 1. Ezechiel. libro primo. Daniel libro 1. Aggæi libro primo. Zachariæ libro 1. Malachiæ libro primo. Cæterum de Ioannis Apocalypſi, apud Orientales admodum dubitatur.

D. Nulla in his libris alia ſpecies inuenitur?

M. Accedunt cætera, ſed non principaliter, niſi ad probationem prophetiæ: ſicut in Eſaia Achaz, & Ezechiæ regum, velut quædam refertur hiſtoria: ſed prophetiæ intentio eſt, non geſta contexere, ſed prædictorum exitum comprobare. Et in Hieremia cùm dicit: Terra, terra, audi verbum Domini. Terram, prouerbialiler habitantes in ea homiñes nuncupat. Et

Cùm Eſaias dicit: Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus, ſed ſolue omnem nodum iniquitatis, & cætera. velut ſimpliciter docet, ſed vt prophetico ſpiritu iuſſus hæc prædicat.

D. Quid prophetiæ commune cum cæteris?

M. Habet commune cum prouerbiis, quòd vtraque ſuperficie difficilia ſunt, ſed pleraque intellectu non ardua.

De prouerbiis. Caput v.

D. Quæ eſt prouerbialis ſpecies?

M. Quædam figurata locutio, aliud ſónans, aliud ſentiens, & in præſenti commonens tempore.

D. In quibus hæc libris accipitur?

M. In duobus, Salomonis prouerbiorum lib. I. & Ieſu filij Sirach lib. I.

D. Nullus alius liber huic ſpeciei ſubditur?

M. Adiungunt quidam librum qui vocatur Sapientiæ, & Cantica Canticorum.

D. Accidunt in his libris aliæ ſpecies?

M. Sola ſimplex doctrina accidit, ſed nõ principaliter, niſi ad explanationem vel commendationem prouerbiorum: vt eſt, Initium ſapientiæ timor Domini.

D. Quid prouerbiis commune cum cæteris?

M. Habet cum prophetia commune, quòd ſuperficie difficilis videtur, cùm intellectu plerunque non ſit.

D. Quid habet prouerbialis ſpecies proprium?

M. Quòd ei neq; hiſtoria, neq; ꝓphetia miſcētur, & ſola eſt, q̃ ita intelligitur, vt quodãmodo verborũ ſuꝑficies auferatur.

D. Quare in hac tantùm licitum nobis eſt, non textum ſcripturæ ipſius conſiderare, ſed ſenſum: cùm in cæteris tribus ita allegorias myſticas admittimus, vt narrationis fidem præſentare neceſſe ſit?

M. Quia ſi voluerimus præter ꝓuerbialem ſpeciem vbiq; allegoriã ſic recipere, vt narrationis veritas infirmetur, locum damus inimicis prout voluerĩt, diuinos libros iǹterpretandi.

D. Quot modis diuĩa lege allegoria cognoſcitur?

M. Quatuor, aut ſecũdũ tranſlationẽ vel methaphorã, vt eſt: Iratus eſt dñs, & deſcẽdit: & ſimilia, quę ad inſinuãdas cauſas ex humanis motibus trãsferuntur ad deum. Aut ſecũdũ imaginationẽ vel hypotypoſin, vt eſt in euãgelio: Homo quidã deſcẽdebat ab Hieruſalẽ in Hierico. & rurſus pabola vineæ atq; agricolarũ. Ordo eñ corũ quę gerebãtur à Chriſto, velut ima-

gine perſonæ & negotij alterius refertur impletus. Aut ſecundũ cõparationẽ vel ſimilitudinẽ, ſicut dicit: Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, &c. Non enim narratio ſicut in ſuperiore exemplo contexitur, ſed cauſarũ ſolummodo comparantur effectus. Aut ſecundũ prouerbialem modũ, vt eſt: bibe aquã de tuis vaſis, & de ciſterna tua, & de tuis puteis. cũ velit ſcriptura innuere carnalẽ cõcupiſcẽtiã intra licẽtiam coniugij refrenandam.

De ſimplici doctrina. Cap. vj.

D. Quæ eſt ſimplex doctrina?

M. Qua de fide, aut de moribus in præſenti tempore ſimpliciter docemur.

D. Quare hoc nomen accepit?

M. Quia omnis quidem ſcriptura aliquid docet, ſed ſub aliis ſpeciebus quas ſupra diximus, aliud etiã agitur. Hæc autem neque hiſtoriam texit, neque prophetiam, neque prouerbialiter loquitur, ſed tantũmodo ſimpliciter docet.

D. Qui libri ad ſimplicem doctrinã pertinent?

M. Canonici ſexdecim, id eſt, Eccleſiaſtæ, lib. 1. Et epiſtolæ Pauli Apoſtoli ad Romanos 1. ad Corinthios 2. ad Galatas 1. ad Epheſios 1. ad Philippenſes 1. ad Colloſſenſes 1. ad Theſſalonicenſes 11. ad -

Timotheum 1.ad Titum 1.ad Philemonem 1.ad Hebræos 1.Beati Petri ad Gentes 1. & beati Ioannis prima.

D. Nulli alij libri ad ſimplicem doctrinam pertinent?

M. Adiungunt quāplurimi quinq; alias quæ apoſtolorum Canonicæ nuncupantur.Id eſt,Iacobi 1.Petri ſecundam.Iudæ vnam.Ioannis duas.

D. Nulla in his libris alia ſpecies inuenitur?

M.Accedunt cæteræ,ſed non principaliter,niſi ad probationē doctrinæ.Nā cū dicit Apoſtol⁹: Et dū veniſſem Troade. In euāgelio Chriſti,oſtiū mihi apertum eſt. Et vbi Petro dicitur in faciē reſtitiſſe,velut hiſtoriā videtur texere.Rurſus cū dicit:ecce myſteriū vobis dico:omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur.prophetæ opus aggreditur.Item cùm ait:Cretenſes ſemper mendaces,malæ beſtiæ,ventres pigri : prouerbialibus vtitur verbis:omnia tamen ad doctrinæ probationem,vt diximus,inſeruntur.

D. Quid commune cum cæteris ſpeciebus ſimplex doctrina habet?

M.Habet cū hiſtoria cōmune,ꝙ vtraque ſuperficie faciles vidētur,cùm ſint inſpectione, aut intellectu plerumq; difficiles.

De authoritate ſcripturarum.

Caput vij.

D. Quomodo diuinorum librorum conſideratur authoritas?

M. Quia quidam perfectæ authoritatis ſunt, quidam mediæ, quidam nullius.

D. Qui ſunt perfectæ authoritatis?

M. Quos Canonicos in ſingulis ſpeciebus abſolutè enumerabimus.

D. Qui mediæ?

M. Quos adiungi à pluribus diximus.

D. Qui nullius authoritatis ſunt?

M. Reliqui omnes.

D. In omnibus dictionibus hæ differẽtiæ inueniuntur?

M. In hiſtoria & ſimplici doctrina. omnes nanq; in prophetia mediæ authoritatis libri non præter Apocalypſin reperiuntur: neque in prouerbiali ſpecie omnino ceſſata.

De ſcriptoribus diuinorum librorum.

Caput viij.

D. Scriptores diuinorum librorum qua ratione cognoſcimus?

M. Tribus modis. Aut ex titulis & proœmijs, vt ꝓpheticos libros, & Apoſtoli epiſtolas. Aut ex titulis tantùm, vt Euangeliſtas. Aut ex traditione veterũ, vt Moy-

ſes

ſes creditur ſcripſiſſe quinque primos libros hiſtoriæ, cùm non dicat hoc titulus, nec ipſe referat, Dixit dominus ad me: ſed quaſi de alio, Dixit domin⁹ ad Moyſem. Similiter et Ieſu Naue liber, ab eo quo nuncupatur, traditur ſcriptus. Et primum librum Regum Samuel ſcripſiſſe perhibetur. Sciendum præterea quòd quorundam librorum penitus ignorantur authores: vt & Iudicũ, & Ruth, & Regum iij. vltimi, & cætera ſimilia. Quod ideóque credendum eſt diuinitus diſpenſatum, vt alij quoque diuini libri, non authorum merito, ſed ſancti ſpiritus gratia tantum culmen authoritatis obtinuiſſe noſcantur.

De modis ſcripturarum.
Caput IX.

D. *Modi diuinæ ſcripturæ quot ſunt?*

M. Duo. Nã aut metris Hebraicis in ſua lingua cõſcribũtur, aut oratiõe ſimplici.

D. *Quæ ſunt metris conſcripta?*

M. Vt Pſalmi, & Iob hiſtoria, & Eccleſiaſtes, & in Prophetis quædam.

D. *Quæ ſimplici oratione conſcripta ſunt?*

M. reliqua omnia.

D. *Quare apud nos iiſdem metris conſcripta non ſunt?*

M. Quia nulla dictio metrū in alia lingua conſeruat, ſi vim verborū ordinémque non mutet.

De ordine ſcripturarum.

Caput x.

D. Quis eſt ordo diuinorum voluminum?

M. Quia quædā Veteris teſtamenti, quędam Noui.

D. Quę ad Nouum teſtamentum pertinent?

M. Euangelia, vt ſuprà dictum eſt, quatuor, Apoſtolicæ epiſtolæ, & Actus.

D. Quę ad Vetus teſtamentum pertinent?

M. Reliqua omnia.

D. Quę teſtamenti Veteris Nouíque ſunt propria?

M. Veteris intentio eſt, Nouum figuris denunciationibúſque monſtrare. Noui autem ad eternæ beatitudinis gloriā humanas mentes accendere.

De his quæ ſcriptura ſacra nos edocet.

Caput xj.

D. Quoniam ſatis dictū eſt de his quæ ad ipſam ſcripturæ ſuperficiē propriè pertinent, nunc requiro quæ ſunt quæ ipſa ſcriptura nos docet.

M. Tria quædā. nam aut de Deo loquitur, aut de præſenti ſeculo, aut de futuro.

Quot ſignificationibus ſcriptura de deo loquitur.

Caput xij.

D. Quot ſignificationibus ſcriptura de deo loquitur?

M. Quatuor. Aut enim eſſentiam eius ſignificat, quã Latinè & ſubſtantiam nũcupamus, vt eſt: ego ſum qui ſum. Aut perſonas, vel ſecũdũ Grǫcos ſubſiſtẽtias, vt eſt: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Aut operationem, vt ſcriptum eſt: Secũdum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum a mortuis, & ſedere faciens ad dexteram ſuam. Aut collationem eius ad creaturas, vt eſt: Regi autem ſeculorũ incorrupto, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria, in ſecula ſeculorum.

De ſignificationibus diuinæ eſſentiæ. Caput xiij.

D. Quot modis diuina ſignificatur eſſentia?

M. Duobus, principaliter & conſequenter.

D. Principaliter, quibus verbis?

M. Octo. Dicitur enim, aut deus, aut dominus, aut ſimul, dominus Deus, aut Adonai, aut Sabaoth, aut Heli, aut Heloï, aut eſt.

D. Nihil aliud quàm deum hæc verba ſignificant?

M. Duo tãtũ.nonnũquã & de alijs abuſſuè dicuntur, Deus & dominus, teſte Paulo: Quia dij multi, & domini multi. &, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Reliqua verò ſex nunquam niſi de deo dicuntur.

D. Quid de deo hæc verba ſignificant?

M. Non quid eſt, ſed quia eſt. Quid enim ſit deus comprehendi non poteſt.

D. Quibus modis deus cõſequẽter ſignificatur?

M. Cũ perſonas, aut operationẽ, aut collationẽ ei⁹ ad creaturas ſcriptura expõit. Nã & cũ nominat patrẽ, licet prim⁹ auditus generantẽ ſignificet: cõſequẽter tamẽ intelligimus deũ. ſimiliter & quando nominat filiũ vel ſpiritũ ſanctũ. Et cũ dicit, omnipotens, licet operationẽ eius prim⁹ ſermo denũciet: cõſequẽter tamẽ intelligimus deũ. Et cùm dicit, inuiſibilem, licet cũ qui videri à mortalibus nequeat, principaliter ſonet, & ex collatione noſtra, id quod nõ ſum⁹, ei qui nos fecit, adſignet: conſequenter tamen intelligimus deum.

De ſignificationibus Trinitatis. Cap. xiiij.

D. Quot modis perſonas ſiue ſubſtantias diuinitatis ſcriptura ſignificat?

M. Similiter duobus. Principaliter & cõſequenter. Principaliter, vt cũ dicitur: pater, filius, ſpiritus ſanctus. Cõſequẽter per

ea quibus ſignificatur eſſentia, aut operatio, aut ad creaturas collatio. Nā & cū dico, deus, quod ad eſſentiā: & cùm dico omnipotēs, quod ad operationem ptinet. Et cùm dico, immutabilis, quod ex collatione ad creaturas dicitur: licet aliud primus auditus ſentiat: tamen patrem & filium & ſpiritum ſanctum, vel ſimul, vel ſingulos, conſequenter deum intelligo.

Quot modis pater ſignificatur.

Caput xv.

Quot modis pater ſignificatur?

M. Patris nomine vnā perſonā ītelligis, ſed non vno modo. ad filium enim propriè dicitur, ad creaturam cōmuniter. ibi naturæ veritate, hîc gratiæ bonitate.

D. Hoc vno modo pater ſignificatur?

M. Principaliter hoc. Nā cōſequēter & ex his quæ eſſentiam deitatis, aut operationē, aut collationem ad creaturas quolibet modo ſignificant. Inſuper & ex filij vocabulo conſequenter intelligitur pater: & ſancti ſpiritus nomine: ipſe ſcilicet, pater cuius eſt ſpiritus ſubītelligitur.

D. In ipſa Trinitate nulli alij perſonæ vocabulum patris, adſcribitur?

Legitur de filio dictū, pater futuri ſeculi: ſed hoc ſecundum carnē dictum eſt,

& non propriè & ſignificatiuè: vt oſten deretur ipſe cauſa & genitor beatitudinis noſtræ:in quo per carnis reſurrectionem humana natura futurã vitam,& ſperare incipit,& ſumere.

Quot modis filius ſignificetur. Caput xvj.

D. Quot modis loquitur ſcriptura de filio?

M. Quinq;. Nã velut ſola nonnũquã deitas eius ſignificatur,& cõſequẽter intelligitur carnis adſumptio,vt eſt: vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris: nõnũquã verò ſolus homo ab eo ſuſceptus, & deitas cõſequẽter,vt eſt: nouiſsimè loquut⁹ eſt nobis in filio. nonnũquã ſimul vtrũq;,vt eſt: Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma dei eſſet,nõ rapinã arbitrat⁹ eſt,eſſe ſe æqualẽ deo,ſed ſemet ipſũ exinaniuit,formã ſerui accipiẽs. Nõ nũquã & ad corpus vidẽtur dicta,quæ ad deitatẽ ſunt principaliter referẽda,vt eſt: Filius hoĩs quidẽ in cœlo. Rurſus diuinitati nõnũquã vidẽtur adſcripta quę ſpecialiter referũtur ad carnẽ,vt eſt: Si eñ cognouiſsẽt,nũq̃ dñm glorię crucifixiſsẽt.

D. Quare his quinque modis loquitur ſcriptura de filio?

M. Diſtinctè quidẽ,ideò ſecundũ natu loquitur,vt inconfuſas eorũ proprie

oſtendat communiter, ideo vt aſſerat vnitatem. Alternat verò humana diuinis, & diuina humanis: vt vtrũque vnius perſonæ indiuiſúmque monſtretur.

D. Quot modis ſolet filij ſignificari perſona?

M. Duobus: & ipſe principaliter quidem ſignificatur, cùm Chriſtus dicitur abſoluté. Nam cùm alij Chriſti vocantur, alterius quidem dicitúr, vt eſt: Chriſtus domini, aut Chriſtus meus. Solus autẽ deus naturaliter Dei filius Chriſtus abſolutè dicitur. Vnde & hoc ſolius eius eſſe proprium declaratur. Cõſequenter verò intelligitur perſona filij: & ex illis tribus, quibus & pater, & ex ipſo patris vocabulo, & ex ſpiritu ſancto: quia & ſpiritus dicitur patris & filij.

Quot modis ſignificatur perſona ſpiritus ſancti. Cap. xvij.

D. Quot modis ſignificatur perſona ſpiritus ſancti?

M. Principaliter vno, vt legitur: Ite, baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Et iterum. Templum enim eſtis ſpiritus ſancti. Cõſequẽter verò & gratia quam ipſe largitur, quę & ipſa ſimiliter ſanctus ſpiritus dicitur, vt

eſt: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. &, Accipite ſpiritum ſanctum. Similiter & ex his quibus diuina ſignificatur eſſentia, vel opatio, vel ad creaturas collatio, ſicut & de filio diximus: ſed & patris filiique perſonam ſpiritum ſanctum ſignificat. conſequenter, quia quidquid horum dicamus, etiam, perſonam ſancti ſpiritus aut cooperatricem, aut conſubſtantialem intelligimus conſequenter.

Quid habent commune vel proprium perſonæ Trinitatis.

Caput xviij.

D. Quid habent proprium perſonæ ſingulæ trinitatis?

M. Quod pater nunquam dicitur filius, ne cconiunctis ſermonibus, ſpiritus ſanctus, licet diuiſé & ſpiritus dici poſsit & ſanctus. Nec filius pater propriè dici poteſt, aut cõiunctiuè ſpiritus ſanctus. Nec rurſus ſancto ſpiritui patris aut filij nomen adſcribitur.

D. Quæ ſunt his perſonis communia?

M. Omnia quæ ad ſignificationem, aut eſſentiæ, aut operationis, aut ad creaturas collationis pertinere noſcuntur. Vnde & conſtat Trinitatem vnius eſſe ſubſtantiæ.

D. Patris & filij & ſpiritus ſancti vocabulis, quid in his perſonis ſignificatur?

M. Tantùm quòd ſunt. Nam quid ſunt, vt ſupra de deo diximus, ſermo non poteſt explicare.

Per quot ſpecies diuinatis operatio deſignatur. Cap. XIX.

D. Per quot ſpecies diuinitatis efficientia ſiue operatio deſignatur, quam Græci ἐνέργειαν *nuncupant?*

M. Quatuor, aut creatione, aut prouidentia circa creaturas, aut futurorum circa eas præparationes, aut præparatorum exitu vel euentu.

D. Da ad operationem pertinentia.

M. Vt cùm dicitur bonus, ex eo maximè quòd quæ non erant, eſſe fecit, ac facit: & ſapiens, eò quòd tam mirabiliter cuncta cernimus ab eo ordinata: & fortis, eò quòd potuit quæ tam bene & ſapienter voluit adimplere.

D. In deo hæc eſſentia ſunt, an voluntate?

M. Deus ſimplex eſt: nec eſt in eo aliud eſſentia quã volũtas. Vnde & omnia nomina operationis eius, licet inter ſe definitionibus differant: apud ipſum tamen nulla differentia vel diuerſitas inuenitur. Itaque & eſſentia vel natura facit,

quia ei nihil accidens eſt:& tamē etiam volūtate,quia nihil neceſsitate efficit,aut coactus. Non enim ſicut ignis naturali neceſsitate vrit,aut apes naturali neceſsitate fabricant ceras, vel telas araneæ,ita etiam deus operatur:ſed deus ideo natura vel eſſentia facere dicitur,ne volūtas in eo quaſi aliud aliquid demonſtretur. Et ideo voluntate,quia nihil operari cōpellitur,ſed eſſentialiter vult,& voluntate ſubſiſtit.

D. Da ſpecialiter ad creationem pertinentia.

M. Vt cùm dicitur factor,artifex,creator,& ſimilia:quanuis dicatur & facere, pro diſponere,vt eſt:Fecit ſalutem in medio terrę.ſed tunc ſecundum ſpeciē prouidentiæ dicitur.

D. Da quæ ad prouidentiam ſpecialiter pertinent.

M. Vt cùm dicitur adiutor,prę ſcius,omnipotens,& ſimilia.

D. Da ad præparationem pertinentia futurorum.

M. Vt cùm dicitur via,& ſpes, & refugium,& ſimilia.

D. Da ad euentū præparatorum pertinentia.

M. Vt cùm dicitur exultatio,gaudium, & cætera ſimilia. Omnia autem ad ope-

rationem pertinentia, non in nominibus tãtùm, ſed etiam in verbis, vel reuelationibus ſimilibus cognoſcitur.

D. His tantùm modis diuina operatio declaratur?

M. Eſt alius figuratus modus, cùm ex humanis operatio diuina ſignatur.

D. Quot modis fit?

M. Duobus. Cùm aut quæ ad animum noſtrum pertinent, figuraliter dicũtur in deo, vt eſt: furor, & ira, & pœnitentia: aut ea quę ad corpus, vel per corpus tractantur, id eſt, pedes, manus, digiti. Aliquando enim & humanæ operationes transferuntur ad deum, vt cùm dicitur: Apprehende arma & ſcutum. Omnia tamẽ hæc prędictis quatuor ſpeciebus operationis pro ſententiarũ qualitate iungenda ſunt.

Quibus modis ex collatione ad creaturas deus ſignificatur.

Cap. xx.

D. Quot modis ex collatione ad creaturas deus ſignificatur?

M. Duobus confeſsione & negatione. Confeſſione quidem, cùm ea dicũtur de deo, quę iuxta eundẽ modũ nulli creaturæ cõueniunt, vt eſt: ſimplex & vetuſtus dierum, & ante omnia, & ſpiritus, id eſt,

incircunſcriptus, & primus & nouiſsimus, & ſimilia. Hęc enim omnia ideo de deo dicuntur, quia nulli creaturæ eius collatione conueniunt. Per negationem autem collatio fit, cum præpoſitione priuatiua ea in deo negãtur quæ in creatura ſunt: vt eſt, ingenitus, incorporeus, increatus, incorruptibilis, immortalis, impaſsibilis, & ſimilia.

D. Quid ergo? hæc verba nunquam de creatura dicuntur?

M. Dicuntur quidem, ſed non ſecũdum eandem rationem. Nam cùm homo dicitur ſimplex, non quia compoſitus non eſt. ſolius enim dei eſt eſſe eſſentiam ſimplicem: ſed ſimplex homo dicitur, quia non habet doli duplicitatem. Sic & cùm dicitur aliquid inuiſibile, non quia à nullo inquantum eſt videri poteſt. hoc enim ſolius dei eſt, ſed quia aliquos latet ſimiliter, &c.

D. Quæ ſunt collatiua, quæ de deo ſic dicuntur vt de creatura dici non poſſint?

M. Quæ in eo ſumma ſunt & ſingularia, vt ingenitus, ſempiternus, ſine initio, & ſimilia.

Finis prioris libri.

Sequūtur tituli ſeu capita ſecundi libri.

1. Quid de præſenti ſeculo ſcriptura ſignificet.
2. Quot modos & differentias in operatione creaturarū ſcriptura poſuerit.
3. De his quæ ad generationem mundi pertinent.
4. Quot modis fiat generalis gubernatio.
5. Quib⁹ modis fiat gubernatio ſpecialis.
6. De legiſlatione, & differentiis eius.
7. De lege per opera.
8. De lege per verba.
9. De angelica gubernatione.
10. De humana gubernatione per homines.
11. De accidentibus naturæ.
12. De accidentibus voluntatis.
13. De cōſequentibus euentū volūtatis.
14. De his quæ ad futurum ſeculum pertinent.
15. De acceptationibus.
16. De typis.
17. De differentiis typorum.
18. De prędictionibus.
19. Prædictiones ante legem quot modis factæ ſunt.
20. Sub lege prædictiones quot modis factæ ſunt.

21. Pro rebus ſub lege factis quot ſunt prædictiones.
22. De prædictionibus ſub lege in Chriſto.
23. De prædictionibus ad vocationem ſub lege pertinentibus.
24. De ſpeciebus prædictionum quæ in gratia factæ ſunt.
25. De effectictus prædictionum.
26. Quæ cauſa fuerit prœſentis ſeculi faciendi.
27. De doctrina rationabilium in hoc ſeculo.
28. Quæ ſeruanda ſunt in ſcripturarum intelligentia.
29 Vnde libri religionis catholicæ aſſerantur.
30. Vbi ſit fides religionis neceſſaria.

Finis.

QVID DE PRAEſenti ſeculo ſcriptura ſignificet. Cap. I.

D. Quoniam ſatis dictum quot modis de deo ſcriptura loquatur, nunc requiro, quæ de præſenti ſeculo loquens ſcriptura ſignificat.

M. Quædam quinque. Aut generationem eius, id eſt creationem: aut gubernationem: aut accidentia naturis: aut eue nientia voluntatibus: aut ſubſequentia voluntatis euentus.

Quot modos & differentias in operatione creaturarum ſcriptura poſuerit. Cap. II.

D. Quot modis generationem ſeculi ſcriptura ſignificauit?

M. Tribus. Aut enim ſola dei voluntate factum aliquid ſcribitur, vt eſt: In principio fecit deus cœlum & terram. Aut voluntate ſimul & voce ſiue præceptiua, vt eſt: Fiat lux, & fiat firmamentum. ſiue deliberatiua, vt eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Aut voluntate, voce ac definitione, vt eſt: Creſcite & multiplicabimini, & replete terrã. Et iterum: Germinet terra

herbam pabuli ferentem ſemẽ ſecundũ genus ſuum: & lignum fructiferum faciens fructum, cuius ſemen ſit in eo ad ſimilitudinem eius in terra. & cætera quæ poſt ſeptimum diem vſque in finem ſeculi per partes operatur. Ex illa enim definitione proueniunt.

D. Eſt in his tribus aliqua differentia?

M. Eſt: quia ea quæ ſola voluntate vel etiam voce ſunt facta, nouiter facta ſunt: quæ verò definitione, illis iã ſimilia quæ facta nouiter diximus. Et rurſus, illa quidem in ſex primis diebus, hæc verò donec ſeculum ſtabit.

D. Da ordinem per ſex dies factarum rerum.

M. In ipſo quidem principio conditionis facta ſunt, cœlum, terra, angeli, aër & aqua.

D. Comproba angelos, & aquas, & aërem factum.

M. Facta quidem ex his ſcripturę locis oſtenditur, vt eſt: Qui facit angelos ſuos ſpiritus: &, Laudate eum omnes angeli eius. &, A quæ quę ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini: Quoniam ipſe dixit

xit, & facta ſunt. Et aër inſcriptus, cœli nomine oſtẽditur, vt eſt: volucres cœli, cùm certũ ſit aues in aëre volare. Cœlũ autẽ oſtendimus factũ. Quòd verò præceſſerint iſtas cæteras creaturas in angelis, ſcriptura demonſtrat, dum in laudibus & benedictionibus creaturis cæteris præponuntur, & ratio. oportuit enim vt terrenas cœleſtis creatura præcederet. De aquis verò ipſa ſcriptura dicit, quòd ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

D. Sequere ordinem generationis.

M. In principio, die prima, lux facta eſt. ſecunda verò die, firmamentum. tertia, mare & terræ naſcentia. quarta, luminaria cœli. quinta, natantia & volatilia. ſexta reliqua animalia & homo.

D. Quæ eſt in ipſarum creaturarum operatione diſtinctio?

M. Quòd quędam ex nihilo facta ſunt: vt cœlum, terra, & cætera quæ vſque ad completum diem primum diximus facta: quædam verò ex iam factis primo die.

D. Da horum probationes.

M. Quia quoties ſcriptura ex aliquo factas res cupit oſtendere, aut palàm ſignificat, vt eſt: Producat terra, & produ-

cant aquæ,& ſimilia. Aut certè ex ſubtili ſignificatione verborum, vt cũ dicit: Fiat firmamentum. vtique ſignificat fuiſſe ali quid fluidum ac liquidum, id eſt, aquas: quæ vt ſolidatæ oſtenderentur, firmamẽ tum vocatum eſt, quod fiebat. Et rurſus luminaria deriuatiua appellauit, quæ quarto die facta ſunt: vt ex lumine primo die operato facta monſtraret. In his autem quæ primo die facta ſunt, neque apertè, neque ſubtili verbo factum aliquid declaratur ex altero.

D. Nihil ergo poſt primum diem oſtenditur ex non exiſtentibus factum?

M. Sola hominis anima, in quo & hoc ad oſtendendum: quia cùm alia, aut ex nihilo, aut ex iam factis facta ſint, ſolus homo ex vtroque componitur.

D. Quas alias differentias creaturis adſcribimus?

M. Quòd ea quæ primis ſex diebus facta ſunt, non naturaliter, neque ex ſimilitudine prouenerunt. Reliqua verò quæ fiunt naturaliter, ex diuina definitione naſcuntur, exceptis ſcilicet miraculis.

D. Da tertiam differentiam.

M. Quòd creaturarum aliquæ, id eſt, rationales, propter ſeipſas factę ſunt: vt angeli & homines. Reliquæ verò non propter ſe, ſed propter prędictos angelos, aut homines factæ noſcuntur. Homo verò principaliter ſecundum animam propter ſe intelligendus eſt factus. Nam ſecũdum corpus conſequenter.

D. Quid autem? præter homines & angelos aliæ creaturæ ſeipſis inuicem non egebant?

M. Egebant quidem, non ad vtilitatem, ſed ad ornatum. vtilia enim non ſibi, ſed angelis vel hominibus ſunt. pro quibus etiam facta noſcuntur. Ornatum verò etiam inuicem præſtant. quippe & cœlum inornatum ſine cœleſtibus luminaribus fuit: & luminaria ipſa ne ſuperflua facta eſſent, videntium oculis indigebãt. Et mare inornatum, donec aut locum ſuum reciperet, aut animalibus impleretur. Et terra incompoſita præter habitantium vel naſcentium vſum. Et irrationabilia animalia, ſine hominis regimine inepta. Et herbæ abſente animalium vſu ſuperfluæ. Ita omnia egent inuicem vel his quę per dies ſex facta ſunt, vel his quæ quotidie fiunt. Sed vt iam diximus, aliud eſſe incompoſitum, aliud vtile incõ

poſitum:aliquid per ſe, vtile alteri declaratur.

D. In ornamento ipſo aliqua eſt differentia?

M. Eſt. Nam aliqua in ſex diebus ornata ſunt: vt cœlum luminaribus,& terra herbis,& piſcibus mare. Quædam donec mundus viuit, ornantur: vt mare nauigiis,& terra ædificiis,& cæteris quæ humano conſtruuntur ingenio, & homo ipſe ſcientia. Quædam verò decorem ſuũ in futuro recipient: vt corpus incorruptionem,& mortalia immortalitatem,& cœleſte regnum habitationem ſanctorũ. Notandum autem in ornamentis, quòd eorum,quæ vel ingenio, vel artibus fiũt in hominibus cauſa eſt, reliquorum verò in Deo.

D. Da quartam differentiam.

M. Quòd quædam ſimul & velut ſubitò creata emerſerunt: vt ea primis diebus diximus facta,id eſt,herbas,luminaria, natantia & volatilia, necnon terrena animalia & quadrupedia. Quædam verò nõ ſimul, ſed velut cum quadam mora: vt mare,terra,homo. Et ipſe enim paulatim factus ſcribitur ſicut & cætera.

D. Da quintam creaturarum differentiam.

M. Quòd quædam earũ ratione cæteris

præſunt, vt rationalia. quædam verò vſui habentur, vt cœleſtia luminaria. quędam naturæ neceſsitate obſequuntur, vt aues & quadrupedes, & ſimilia.

D. Da ſextam differentiam.

M. Quòd ea quæ cæteris præſunt, id eſt, rationalia, voluntate ac ratione mouentur, quę verò vſu aut neceſsitate obſequũ tur, natura mouentur.

D. Ea quæ ex aliquo facta ſunt, quot materias habuerunt?

M. Sex. Terram, aquas, aërem, ignem, lumen, coſtam.

D. Da in ſingulis origines ſuas.

M. Ex terra virentia, plantaria, & animalia: aquis, firmamentum, mare, natãtia, ac volatilia: ſimul autẽ ex terra, aquis, igne & aëre, omnia quę per ſucceſsiones renouãtur, ex lumine luminaria, ex coſta Eua.

D. Ignis quomodo probatur factus, aut vnde, vel quando?

M. Factum quidem & ex generali ſcriptura poſſumus adprobare, cùm dicitur de Deo: Qui fecit cœlũ & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. quia vtique etiam ignis in eis eſt ex ſpeciali profeſsione. Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyſſi. Ignis, grando,

nix,glacies,ſpiritus procellarum. De qui bus antè dixerat: Quoniam ipſe dixit,& facta ſunt. Et rurſus: Benedicite omnia opera Domini Domino. & ſubiunxit: Benedicite ignis & æſtus Domino. Vtrum verò ex nihilo ſicut & alia, factus ſit, an ex aliquo, dubitatur. Plures enim volunt cœleſtium luminarium eſſe particulam. quippe etiam nunc frequenter videmus homines certo modo ignem ex ſolis radiis mutuari. Quòd ſi ita eſt, primo die factus eſt. ſed ſapientiùs hoc ſcriptura lumen quàm ignem vocauit: vt ex meliore vſu nomen acciperet.

D. Da ſeptimam creaturarum differentiam.

M. Quòd omnia quæ ex aliquo facta ſunt, vel ex quibus aliqua facta ſunt, corporea ſunt. Incorporea autem, neque ipſa ex aliquo, neque ex ipſis facta ſunt aliqua. Hæc verò incorporea accipienda ſunt: non ſicut Deus incorporeus dicitur. Eius enim comparatione nihil incorporeum eſt: ſicut nec & immortale, nec inuiſibile. Alius enim modus eſt, quo hæc verba ſoli diuinitati conueniunt, alius quo de creaturis loquimur, ſicut animabus vel angelis.

D. Quomodo ſex diebus Deus dicitur operatus

eſſe, & ſeptimo die requieuiſſe? ſi nec faciens aliquid laborat, vt neceſſaria ei requies credatur, nec aliquando ceſſat, Domino in euangelio dicente: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.

M. Septimo die requieuiſſe dicitur Deꝰ, non à creando: quippe cùm quotidie ex eius diſpenſatione ac prouidentia omnis creatura renouetur aut conſtet. Sed hoc ſignificatum eſt, quòd poſt illos ſex dies nullam mundo incognitam ſubſtantialem ſpeciem, aut naturam nouam inexpertámque creauerit.

D. Quomodo Deus mundum fecerit, poſſumus quærere?

M. Hoc temerariè magis, quàm cautè requiritur. Nulliꝰ enim diuinæ naturæ modum homini licet agnoſcere. Nam ſi ſciret quis quomodo ex nihilo aliqua facta ſunt, creatori vtique ſcientia ac potẽtia par eſſet.

De his quæ ad gubernationem mundi pertinent.

Caput III.

D. Quoniam de creatione mundi tractatum eſt, competenter reſtat vt quæramus gubernatio eius quot modis ſignificatur.

M.Duobus,Aut enim generalis eſt, aut ſpecialis.
D.Quæ eſt generalis?
M.Per quam ea quæ facta ſunt,ſecundũ modum quo facta ſunt permanẽt.Quod ſignificatur,cùm dictũ eſſet: Vidit Deus quia bonũ,& quia bona valde, & benedi xit ea.Quod & beatus Dauid oſtendit di cens: Ipſe dixit,& facta ſunt:ipſe manda uit,& creata ſunt.Statuit ea in æternum, & in ſeculum ſeculi: præceptum poſuit, & non præteribit.
D.Quæ eſt gubernatio ſpecialis?
M.Per quam ſingula & maximè rationa bilia gubernantur à Deo,ſicut præceptũ in paradiſo de ligno. Sicut enim omnes creatu[illegible] diuina continet virtus, vt maneant:ita etiam rationales diuerſis occaſionibus erudit,vt proficiant.

Quot modis fiat generalis gubernatio.
Caput IIII

D.Generalis gubernatio in quot ſpecies diuiditur?
M.In duas.Aut enim ſucceſsione cõſtat, aut ſtatu. Succeſsione: vt homines vel iumenta,cæteráque quæ morte vel corruptione pereuntia, renaſcentium ſimilitudine renouantur. Statu autem: vt ea

quæ his paſſionibus nõ ſubiacentia, mũdanis motibus obſequuntur, vt cœlum, ſol, ſtellæ, & cætera.

D. Quæ in eis alia differentia eſt?

M. Quòd ea quæ renouatione ſoluantur, indigẽt etiam quibuſdam remediis, alimentis & pluuiis, nonnunquam & miniſteriis angelorũ, cæteríſque ſimilibus. Ea verò quæ non per ſucceſſionem ſubſiſtunt, ſine aliqua tali meditatione diuinitùs gubernantur. Vtrum verò & in ipſis per angelorum miniſterium aliquid agatur, ſecreta & difficilis quæſtio eſt.

Quibus modis fiat gubernatio ſpecialis.
Caput V.

D. Specialis gubernatio quot modis fit?

M. Tribus. Aut enim à Deo fit pro angelis & hominibus: aut ab angelis propter ſeipſos & homines: aut ab hominibus propter ſe.

D. A Deo pro angelis & hominibus quomodo fit?

M. Per legiſlationem.

De legiſlatione & differentiis eius.
Caput VI.

D. Legiſlatio in quot partes diuiditur?

M. In duas: in naturalem diſcretionem, & in legem extrinſecus poſitam.

D. Proba naturalem diſcretionem legem dici.

M. Dicit Apoſtolus, Quia gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt. hi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex. ſecundum hanc & Cain reus erat fratris ſui occiſi.

D. Extrinſecus conſtituta lex in quot partes diuiditur?

M. In duas, in opera, id eſt, actuum retributionem, & verba.

De lege per opera.

Caput VII.

D. In opere, per quot modos?

M. Per quatuor. Aut per generalem præſentem retributionem, vt eſt: fructuum ærúmque prouentus. Aut per ſpecialem præſentem retributionem, vt eſt: Abrahã in peregrinatione ditatus. vel, Noë ſaluatus in diluuio. Aut per generalem viſibilem pœnam, vt eſt: fames generalis ſeu ſiccitas. Aut per ſpecialem: vt, Cain vel Saul pœna. Hæc enim omnia ad modũ legis angelos atque homines erudiunt, quippe & angelos diaboli ruina perterruit atque firmauit: licet credendum ſit alio modo angelos, alio homines erudiri.

D. Quæ eſt totius legiſlationis intentio?

M. In diſcretione boni ac mali: quæ vel in doctrina, id eſt fide: vel in actibus agnoſcuntur.

D. Quare pœnas & præmia præſentia diximus?

M. Quia ipſa ſunt quæ ad vicem legis erudiunt. Nam futura & æterna nec patientibus nec videntibus proderunt, vbi iam pœnitentiæ non erit tempus.

D. Hæc gubernatio per quos miniſtros in ſcripturis legitur facta?

M. Nonnunquam Deus per ſeipſum, vt Adæ præcepit ne tangeret lignum: nonnunquam per angelos, teſtante Apoſtolo: Quia ſi per angelos locutus ſermo factus eſt firmus. Et rurſum primogenita AEgypti angeli manu dicuntur extincta. Aut per homines, ſicut prophetas. Aut per beſtias, ſicut per ſerpentes in eremo, atque ſimilia. Et per hæc enim, velut quandam ſubſtantialem ac materialem legem à malis prohibet, propterque ingeruntur, & ad bona, propter quorum retributionem oratur, impellit.

De lege per verba.

Caput XIII.

D. Lex in verbis conſtituta in quot partes

diuiditur?
M.In duas.Aut enim immutabile aliquid præcipitur,aut temporale.
D.Quot ſunt immutabilium genera?
M. Duo, dilectio Dei, & dilectio proximi.
D.Temporalia præcepta in quot partes diuiduntur?
M.In duas. Aut enim diu ſeruata ſunt,vt circunciſio:aut paruo tempore, vt mannæ perceptio.
D. Quæ alia eſt legum differentia?
M.Quæ aut aliquid præcipiunt,vt: Honora patrem tuum. Aut aliquid vetant, vt:Non occides,non mœchaberis.
D.Da tertiam differentiam.
M.Quòd alia ſunt per ſe vtilia, alia propter illa neceſſaria.
D.Quæ ſunt per ſe vtilia?
M.Dei proximíque dilectio.
D.Quæ ſunt propter alia neceſſaria?
M.Vt:Non occides.Homicidio enim dilectio fratris expellitur, & obſeruatio ſabbati.In eius enim obſeruatione commemoratio eſt quietis dei ab operatione creaturarum. In qua celebritate, Dei vt conditoris,dilectio ſignificabatur.
D.Da quartam differentiam.

M. Quòd quædam p̃cepta velut corporalia erãt: vt de animalibus mũdis & im mũdis, ac lepra, & ſimilib⁹. Quædã ſpiritalia, vt: ne oderis fratrẽ tuũ ĩ corde tuo.

D. Da quintam differentiam.

M. Quod quædã ſunt Veteris teſtamẽti ſpecialiter præcepta: vt de iubileo. Quædam ſpecialiter Noui, vt: Sic orabitis: Pater noſter qui es in cœlis. Quædam vtriuſque communia, vt: Diliges Dominum Deum tuum.

D. Da ſextam differentiam.

M. Quòd aliqua præcepta, ſicut ſonant, intelliguntur, vt eſt: Non mœchaberis. Aliqua autem vt ſonant, ſicut eſt: Cùm feceris eleemoſynã, neſciat ſiniſtra, quid faciat dextera tua.

D. Da ſeptimam differentiam.

M. Quòd aliquorum tranſgreſsio prçceptorum pœna punitur, vt eſt: Oculum ꝓ oculo, dentem pro dente. Aliquorum pœna non habetur, vt: Panem ſacerdotalem comedere, ab eo qui ſacerdos non erat. Aliorum verò etiam laudabilis trãſgreſſio eſt, vt eſt: Si reddidi retribuẽtibus mihi mala. Lex enim tũc iubebat malis mala reſtitui. Inuenitur ergo contemptus legis eſſe laudabilis.

D. Da octauam differentiam.

M. Quòd aliqua pręcepta ad fidem pertinent, aliqua ad mores: quorum ſubdiuiſio admodum prolixa cognoſcitur.

De angelica gubernatione.

Caput ix.

D. Angelorum propter ſeipſos & homines gubernatio quomodo fit?

M. Palàm quidem in ſcriptura non legitur: tamen cùm in ea dicantur eſſe angelorum gradus & ordines, atque diſcurſus propter humanam vitam, vt pro Tobia & Daniele, & aliis, ſine dubio ſignificatur, quòd iniuncta ſibi in mundo negotia gubernant: quibus & ſibi conſulunt, dum obediũt creatori: & hominibus, dũ eorum diſpenſationi proſpiciunt.

De humana gubernatione per homines.

Caput x.

D. Hominum propter ſeipſos gubernatio quot modis fit?

M. Tribus. Aut enim pro reupblica quis hominum ſatagit: vt rex. Aut pro domo: vt pater familias. Aut pro ſeipſo: vt quilibet monachus vel egenus.

D. Nullis alijs creaturis conuenit gubernatio?

M. Omnibus quidẽ cõuenit. cũctis enim

ſecundum ſuam naturam, velut prudentiam quandam creator indulſit: ſicut legitur: Volui colligere filios tuos, ſicut gallina pullos ſuos: & ſimilia. Sed neque intentio ſcripturæ eſt de irrationabilib⁹ ſubtiliter edocere: neque in ea proficientium eſt deſiderium in his quærendis tẽpus adterere.

De accidentibus naturæ.

Caput xj.

D. Quoniam de gubernatione mundi ſatis dictũ, quæ ſunt naturis accidentia?

M. Diuinæ quidem naturæ nihil accidit. Cùm enim ſit incomprehenſibilis, & ſemper eodem modo ſe habens, non recipit accidentium diuerſitatem.

D. Quæ certè accidunt creaturis?

M. Stare: vt terræ ſecundum ſcripturam. Cœlo moueri: vt igni & aquis, cęteríſque enaſcentibus. Deinde tempus, locus, numerus. Omnia enim & aliquando cœperunt, & alicubi ſunt, & vnum vel plura. Item accidunt generari, corrumpi, ſanitas, ægritudo, forma, poſitio, artiũ diſciplinarúmque capacitas. Item creſcere, nutriri, ſentire, viuere, mori, inter ſe differre, & eſſe contrarias. Inſuper ordo, conſequutio, cohęrentia, híſque

ſimilia atque contraria, nec tamẽ ſingulis vniuerſa.

De accidentibus voluntatis.

Caput vij.

D. Quoniã ſatis dictum eſt de accidentibus naturarum, dicendum nunc de accidentibus voluntatis. Quid eſt voluntas?

M. Vis animi inuiolata, ſiue ſpõtanea, ſecundum quam diuerſæ atque contrariæ cogitationes efficiuntur, & opera.

D. Naturalis eſt in nobis iſta virtus, an ſpõtanea?

M. Naturalis eſt in nobis boni maliq́ue communis diſcretio, ſpontaneus autem motus in his quæ iam diſcreta & ſequẽda ſunt. Ipſum lex quidẽ erudit: gratia autẽ pręparat, adiuuat, corroborat, coronat.

De conſequentibus euentum voluntatis.

Caput xiij.

D. Quę ſunt conſequentia voluntatis euentus?

M. Quatuor. Quædam in hac enim vita, aut bona bonis, & mala malis eueniũt: vt Abrahæ proſperitas, & Cain pœna. Aut contrà, bona malis, & mala bonis: vt diues, qui in Euãgelio vſque ad mortem fœlix deſcribitur, econtrà Lazarus vlceribus atque egeſtate torquetur. Aut

certè

certè neque his,neque illis vtralibet retributio: vt pro Ioſeph vendito, nulla vltio fratribus irrogatur. Nec ſocer Moyſi pro regendo populo conſilium dans, licet laudetur à Deo,aliqua mercede donatur.

D. Quas huius diuerſitatis dicimus cauſas?

M. Aliquibus hîc congrua rependuntur,ne mundus non putetur prouidentia diuina regi, ſed caſib⁹ ſimul,vt & bonos bonorum copia conſoletur, & malos ſimilium pœna deterreat. At verò malis fœlicitas permittitur, vt boni probẽtur, & diſcant ea contemnere,quæ vident indignis ſecum eſſe communia: bonis autem æquè accidunt mala.Aut vtrique generi nulla hîc compenſationis imago cõceditur,vt alibi,& iudicium & plenam ꝓ actibus retributionem certiſsimè poſsimus cognoſcere.

D. Da quartum modum.

M. Cùm ij neque mali aliquid per ſe, neque boni geſſerunt, bona participant: aut mala, vt infantes:aut forſitan neutra,vt ſunt abortiui:de quorum & ſtatu, & merito, cauſá ſubtilis dubiúſque tractatus eſt.

De his quæ ad futurum ſeculum pertinent.

Caput xiiij.

D. Quoniam omnes regularum partes de præſenti ſeculo compleuimus, quæ ad futurum credimus pertinere?

M. Quatuor quædam. Aut enim acceptatio eſt ſiue vocatio, aut figura, aut prędictio, aut affectus, vel exitus prędictorum.

De acceptationibus.

Caput xv.

D. Quam vocamus acceptationem ſiue vocationem?

M. Eam ſcilicet, qua deus quoſdam homines, vel populos ſpecialis gratię beneficio ſibi conciliare dignatur: plúſq; circa eos, quàm circa cęteros homines diuinę indulgentię, & quaſi familiares fauores oſtendit.

D. Quot ſunt acceptationes?

M. Decem.

D. Da ordinem acceptationum.

M. Prima eſt beati Abrahę: ſecũda Iſaac: tertia Iacob, & ex eo natorum duodecim patriarcharum: quarta trib⁹ Iuda: quinta totius populi in Aegypto: ſexta ſancti Dauid: ſeptima domus ipſius Dauid, & per ipſam totius tribus Iuda: octaua reditus populi ex captiuitate: nona Domini no-

ſtri Ieſu chriſti ſecundum carnem, quam ſibi vniens dei filius ex genere Dauid & per eum ex Abraham, atque ex Adam, omnium noſtrûm ſaluti remiſsioníque proſpexit: decima omnium gentium per diſpenſationem incarnationis ipſius dei & ſaluatoris noſtri.

D. Quid ergo? iuſti & deo placẽtes ante Abraham homines non fuerunt?

M. Fuerunt quidem. Quippe cùm filij dei appellati ſint, qui ex Seth fuerãt progenerati, & Enoch tranſlatus ſit, & Noë pereuntis mundi renouator effectus, & Melchiſedech ſummi ſacerdotis exẽplũ. Sed in iſtis non diuina acceptatio, id eſt, ſpecialis illa familiaritas & fauor oſtenditur: ſed ipſorum iuſtitia declaratur. Ad Abraham verò Dei frequens allocutio, & quaſi conuictus, ac per ſingula diſpenſatio probationis, promiſſa pręmia, & in poſteros recordatio, vim miram diuinæ acceptationis oſtendunt. Similiter & circa cęteros ſupradictos, peculiaris quidam diuinitatis fauor, & quaſi per ſingulos vitæ actus palàm diſpenſata gubernatio pręcipuum gratię declarat auxilium.

D. Quare hæc ad futurum ſeculum dicimus pertinere, cùm in præſenti geſta ſint?

M. Quia vnaquęque res ex effectu perſpicitur, & ea eſt facti cauſa, atque facientis intentio.

D. Proba harum acceptationum cauſas ad futura reſpicere.

M. Gentium fides pro ſpe vitę æternæ religionem ſequitur Chriſtianā. Nā Chriſtus ipſe Dominus toto doctrinæ ſuæ remedio, actuúmq; miraculis, necnō reſurrectione atque aſcenſione, futuram vitam docuit, promiſit, adprobauit, indulſit. Iam cęteras acceptationes qui pro domino, ſacramentíſque ignorat effectas. Ipſe Abraham, Iſaac, Iacob promittitur ſalutem Gentibus collaturus: propter eum Abrahę ſemen à cęteris Gentibus ſegregatur: propter ipſum Iudę tribus & benedictione pręcellit, & in captiuitatem vltima ducitur, & prima ſaluatur: quia ex ipſa Dominus carnem ſumpſiſſe dignatus eſt, adeò vt ex illo Iudæi fuerint nuncupati. Ipſe Dauid domuíque eius ac tribui repromittitur, in perpetuum de eius ſemine regnaturus. Igitur ſi fides Gentiū pro vita futura, Chriſti incarnatio pro fide Gentium ſunt geſta: omnes acceptationum ſeries ad futurum ſeculum pertinere ex ipſa inten-

tione colligitur. Hęc autem omnia etiã Noui ac Veteris teſtamenti teſtimoniis facilè comprobãtur, cùm vbique diſperſa ſint.

De typis.

Caput xvj.

D. Quid eſt typus?

M. Quam nos figuram dicimus, ſiue formam, ſicut dicit Apoſtolus: Omnia enim in figura contingebant illis. & iterum: Adam qui eſt forma futuri. Nec enim abs re eſt vnum aliquid multis ſignificari vocabulis.

D. Quid eſt ergo typus, ſiue figura?

M. Pręſentium, aut pręteritarum, aut futurarũ rerum ignotarum, per opera, ſecũdum id quòd opera ſunt, manifeſtatio.

D. Da prӕteritorum typos.

M. Vt eſt catechumenorum humilitas. Typum enim gerunt Adę paradiſo excluſi, & ex conſcientia delictorum, diuinum metuentis aſpectũ: propter quod & per publicum capitibus tectis incedunt.

D. Da in prӕſentibus.

M. Vt Aaron veſtis, qua duodecim tribuum nomina lapidibus inſita geſtabat,

oſtendens ſe quodammodo pro omni populo ſupplicare.

D. Da de futuris.

M. In his nulla eſt difficultas: tamen ex ſuperfluo: vt in duobus filiis Iſaac, duo teſtamenta monſtrata ſunt.

D. Quoniam & de prophetia ſimilem penè definitionem diximus, quid intereſt?

M. Quod in prophetia verbis, ſecundum hoc quòd verba ſunt, futura ſignificantur. typis autem res declarãtur. Ex rebus poſſunt tamen hęc duo & ita definitione miſceri: vt dicamus quia prophetia eſt typ⁹ in verbis, ſecundum id quòd verba ſunt, & cõtrà: typus prophetia eſt in rebus, inquantum res eſſe noſcuntur.

De differentiis typorum.

Caput xvij.

D. Quod ſunt typorum vel figurarum modi?

M. Principaliter quatuor. Aut enim grata gratis ſignificantur, aut mœſta mœſtis: aut grata mœſtis, aut gratis mœſta.

D. Da exempla per ſingulos modos.

M. Grata quidem gratis ſignificantur: vt Domini ſecundum carnem reſurrectio, & in cœlis habitatio, formæ noſtræ reſurrectiõis, & futuræ iuſtis in cœ-

lo habitationis iudicium: ſicut dicit Apoſtolus: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Mœſta verò mœſtis præfigurantur: vt diaboli angelorúmque eius deiectio, & futuræ pœnæ repromiſsio: figura eſt eorum, qui pro ſimilitudine operum pœnis ſimilibus detrudētur: ſicut & beatus Petrus eadem forma ad deterrendos vtitur peccatores, dicens de Deo: Quia & angelis peccantibus non pepercit, ſed carceribus caliginis tradidit eos. Tertius modus eſt cùm mœſtis grata ſignificantur: vt Adæ tranſgreſsio, typus fuit iuſtitiæ ſaluatoris noſtri: ſicut beatus Apoſtolus docet: Quia ſicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ſic etiam per obedientiam vnius hominis, iſti' cōſtituentur multi. Regnauit enim mors ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinem tranſgreſsionis Adę, qui eſt forma futuri, id eſt typus. In Græco em̄, typus, ſpecialiter legitur. Secundi ergo Adam, id eſt Chriſti, Gratia, forma vel typus fuit tranſgreſsionis Adæ per cōtrariū, ſcilicet figurata. Quartus modus eſt, cùm gratis mœſta figurātur: vt baptiſma.

etenim figura eſt mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſicut dicit Apoſtolus: Quot quot enim baptizati eſtis, in morte Ieſu Chriſti baptizati eſtis. Quid enim aut baptiſmate grati⁹, vbi à peccato purgamur, & quo filij Dei efficimur: aut morte mœſtius, ad quā ipſe quoque qui eam fuerat ſpōte ſumpturus, tamen mœſtus acceſſit?

D. *Quę alia typis accidunt?*

M. Temporum differentia. Nam quędā ante legem ſunt: vt Abel à fratre occiſus Chriſti paſsionē præfigurabat. Et Noë arca eccleſiam, & cætera ſimilia. Quædā verò ſub lege: vt ipſius Moyſi mors, & Ieſu gloria. Quędam ſub gratia: vt baptizatorum indumenta, & ſacerdotum veſtes, & dominici corporis participatio, & ſingula alia. Quæ omnia, typis monſtrare, non ad regularum doctrinam, ſed ad expoſitionem textus pertinet.

D. *Qua ratione figuras ſiue typos ad futurum ſeculum dicimus pertinere?*

M. Quia veteris teſtamēti figurę ad Nouum intentione reſpiciunt: Nouum autem futuræ vitæ beatitudinem repromittit. & ſic omnia ad futuri ſeculi ſpem ex ipſa intentione currunt.

De prædictionibus. Cap. XVIII.

D. Quoniam typorum regulam diximus, de prædictione videamus. Quid eſt prædictio?

M. Futurarũ,incertarum rerũ,verbis,in quantum verba ſunt,manifeſtatio.

D. Quæ accidunt prædictionibus?

M. Principaliter tria.Quòd quædam ante legem fuerunt,quædam ſub lege,quædam ſub gratia.

De prædictionibus ante legem,quot modis factæ ſunt? Cap. XIX.

D. Ante legem prædictiones quot modis factæ ſunt?

M. Quinque.Aut de generalitate communiter, vt eſt: Propterea relinquet homo patrem & matrẽ,& adhærebit vxori ſuæ:& erunt duo in carne vna. Et rurſus Maledicta terra in operib⁹ tuis.Hoc enĩ per vnũ omni humano generi prædictũ eſſe cognoſcitur.Aut ex parte vel medio vt eſt:Multiplicabo dolores tuos . &: In dolore pariesfilios.&:Cõuerſio tua ad virum tuũ,&ipſe tibi dominabitur.Hoc enim nõ omni hũano generi, ſed omnib⁹ tãtũ fœminis dictũ eſt. Aut ſingulariter, vt eſt : Et vocauit Adã nomẽ vxoris ſuæ Eua:qa ipſa eſt mater omniũviuẽtiũ.Aut ꝑ initio Veteris teſtamẽti,vt eſt:Maledict⁹ Canaã,ſeru⁹ erit fratribus ſuis.Aut ꝑ

Nouo teſtamento principaliter. Nã cùm dicit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. &, Venite, deſcendamus, confundamus linguas eorũ. pluralisnumerus trinitatis indicium eſt, qui Nouo teſtamento apertiùs prædicatur. Et cũ dicitur: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti prędicitur: Apoſtolo teſte in epiſtola ad Hebræos: Quia conſperſio ſanguinis Chriſti plus potuit ad dominũ clamare pro nobis, quàm Abel ſanguis clamauerat contra fratrem.

Quot modis ſub lege prædictiones factæ ſunt.

Cap. xx.

D. *Sub lege prædictiones quot modis factæ ſunt?*

M. Duobus. Aut ꝓ his rebus quæ ſub lege factæ ſunt, aút ꝓ his quæ ſub gratia.

Pro rebus ſub lege factis, quot ſunt prædictiones.

Cap. xxi.

D. *Pro his quæ ſub lege factæ ſunt, quot prædictionum ſpecies inuenimus?*

M. Ferè viginti duas. Aut enim augmentum populi prædicitur, vt eſt ad Abraham: Et eris in gentem grandem &

multam. Aut hæreditatis promiſsio, vt eſt: Semini tuo dabo terram hanc. Aut ſegregatio indignorum, vt eſt: Eiice ancillam hanc & filium eius: non enim hęres erit filius ancillæ cũ filio liberæ. Aut vindicta in aduerſarios populi, & merces in amicos, vt eſt: Benedicam benedicentes te, & maledicam maledicẽtes te. Aut liberatio populi ab inimicis, vt eſt: Peregrinum erit ſemen tuum in terra nõ ſua: & exient inde cum præparatione magna, & cætera. Aut aliquorum generationes & nomina, vt Iſaac & Sampſon. Aut ſublimitas poſterorum, vt: Reges ex te exient. Aut modus exitus, vt eſt: Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritos in ſenectute bona. Aut differentia populorũ, vt eſt: Populus populũ præcedet, & maior ſeruiet minori. Aut abũdantia, vt eſt: Dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ plenitudinem frumenti & vini. Aut diuinum auxilium, vt eſt: Ecce ego tecum ſum, cuſtodiens te in omni via. Aut ſacerdotij vel doctrinæ electio, vt eſt: Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël. Aut fortitudo & hæreditatis immutabilitas, vt eſt: Catulus leonis Iuda ex radice filij mei aſcẽ-

diſti recumbens,dormiſti ſicut leo, & ſicut catulus leonis , quis excitauit eum? Aut propoſitũ vitæ,vt:Zabulon peregrinus inhabitauit,& ipſe port⁹ nauiũ:& ſciens requiẽ,quia bona eſt,& cætera . Aut tranſgreſſio, vt dicit:Scio enim quia in fine tranſitus mei iniquitatẽ agetis,& declinabitis à via , quam mandaui vobis. Aut ſuppliciũ,vt eſt:Quia occurrent vobis mala in fine dierum. Aut generalis expulſio,vt dicitur: Quia ipſi æmulati ſunt me in diis,& exacerbauerunt me in idolis ſuis:& ego æmulabor eos in non gẽtem,in gentem inſipientem tradam eos. Aut virtutis effectũ atq; mercedẽ,vt eſt: Quis habitabit in tabernaculo tuo , aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo?Qui ingreditur ſine macula,& operatur iuſtitiam,& cætera. Aut ſpecies pœnæ,vt eſt: Venit Gad ad Dauid , & adnunciauit ei dicens: Elige tibi fieri : aut tribus annis famem ſuper terram,aut tres menſes fugere à facie inimicorum tuorum perſequentium te:aut tribus diebus fieri mortalitatem in terra tua .Aut ſigna , vt eſt: Et hoc tibi ſignum,quia vnxit te deus regem ſuper hæreditatem,ſuam & reliqua. Aut electio prophetiæ,vt eſt : Et tu puer

propheta altiſsimi vocaberis.

D. Da prædictiones de gentibus pro populo.

M. Vt eſt: Manus ei⁹ ſuper omnes, & manus eius ſuper eũ. &: Surgite & exite ex loco hoc: quia cõteret dominus ciuitatẽ. Viſiones quoque Nabuchodonoſor, & Pharaonis aliorumque regum, vel gentium per prophetas dictę. generales quidem cauſas referunt, ad populum tamen ſpectat intentio, pro cuius vltione ſingula prouenerunt.

De prædictionibus ſub lege in Chriſto. Cap. XXII.

D. Quot ſunt modi prædictionum in Chriſto?

M. Fere viginti ſex. Aut de mirabilibus eius, cõceptu & nomine, vt eſt: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Aut de loco natiuitatis, vt eſt: Et tu Bethleem ciuitas Iuda, nullo modo minor es in ciuitatibus Iudę. ex te enim ꝓdiet dux qui reget populũ meũ Iſraël. Aut ꝓ his quæ in rudimentis geſsit, vt eſt: Priuſquã ſciat puer cognoſcere malũ, & eligere bonũ. Aut de iuſtitia eius atq; iudicio, vt eſt: Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ: ꝓpterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo lætitię p̃ participib⁹ tuis. Aut de diuinitate ei⁹, vt eſt:

Generationem eius quis enarrabit ? Aut de viſitatione adſumptionis humanæ, vt eſt: Quid eſt homo, niſi quòd memor es eius, aut filius hominis , niſi quia viſitaſti eum ? Aut pro vnitate deitatis & carnis, vt eſt : Puer natus eſt nobis : & poſt modum addidit: deus fortis . Aut de potentia eius & regno, vt eſt : Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. Aut de inimicorum confractione, vt eſt: Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Aut de eius doctrina vt eſt: Speciosusforma p̄ filiis hominum. Aut de doctrinæ vtilitate, vt eſt: Propter veritatem, & manſuetudinē, & iuſtitiam. Aut pro miraculis , vt eſt : Et deducet te mirabiliter dextera tua . Aut de glorificatione quam iuſtè à fidelibus ſuſcepit, vt eſt: Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in ſeculum ſeculi. Aut de probatione prędicationis, vt eſt: Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomē tuum. Aut de ſacerdotio, vt eſt: Tu es ſacerdos in æternum. Aut de iudicio eius atque iuſtitia, vt eſt: In ſplendoribus ſanctorum. & rurſus : Iudicabit in gentem, implebit ruinas, cōfringet capita in terra multorum . Aut de laboribus

vitæ eius, vt eſt: De torrente in via bibit. Aut placitum circa patrẽ incarnationis myſterium ſcriptura ſignificat, vt eſt: Ecce puer meus dilectus mihi, in quo complacuit anima mea. Aut ſancti ſpiritus in fuſione, quam vtique homo ab eo ſuſceptus meruit, ſiue in principio ipſius incarnationis, ſiue incremento, ſiue in baptiſmate, ſiue in miraculis, ſiue in doctrina, ſiue in reſurrectione, vt eſt: Ponã ſpiritũ meũ ſup eũ. &, Spiritus domini ſup me, ꝓpterea vnxit me, & reliqua. Aut diligẽtiam circa diſcipulos, vt eſt: Non dicet, neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem eius. Aut ſeſsionem eius ſuper iumentum, vt eſt: Ne timeas filia Sion, ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Aut paſsiones vel ſepulturam cauſáſque eorum, vt dicitur: Vidimus & non habebat ſpeciem neque decorẽ. ſed ſpecies eius inhonorabilis inferior omnibus hominibus. Et rurſus: Homo in plagis, & ſciens ferre humilitatem: quia auerſa facies ei⁹, & dehoneſtata eſt, & ad nihilum reputatus ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos putauimus eum eſſe in dolore, & in plaga, & in ęrũna: ipſe autem vulneratus eſt pro-

pter iniquitates noſtras,& infirmatus eſt propter peccata noſtra. Aut diuiſionem veſtimentorum eius,vt: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Aut reſurrectionem domini,vt: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Aut vocationem filij ſecundum adſumptam humanitatem,vt eſt: Ex AEgypto vocaui filiũ meum. Aut diuinitatis eius generationem ante principium,vt eſt: Ex vtero ante luciferum genui te. Aut ſecundum eius aduentum,vt: Ecce ſuper nubes cœli ſicut filius hominis.

D. Omnes prædictiones de ſolo ſaluatore num intelliguntur?

M. Duobus modis hæc ſolemus accipere. Quędam enim ita in ipſius perſonam pdicta ſunt,vt aliis cõuenire nõ poſſint, ſicut legitur: Nõ deficiet princeps ex Iuda,neq; dux ex femore eius,donec veniat,cui repoſita ſunt. Quædã verò ſub alterius perſonæ occaſione dicũtur ad Chriſtũ,tamen intellectũ reſpiciũt: In te,& ſemine tuo benedicentur omnes Gentes.

D. De prædictionibus ad vocationem Gentiũ pertinentibus ſub lege. Cap. XXIII.

D. Quo-

D. Quoniam prædictiones de Chriſto dictas in veteri lege probauimus, da eas quæ de Gentium vocatione ſunt poſitæ.

M. De vocatione Gentium prædictiones ferè decem & ſeptem modis poſitas accipimus. Aliquando enim acceptionẽ earum ſignificant, cùm dicitur: Ego æmulabor eos in non gentem, in gentem inſipientem irritabo eos. Aliquando infirmitates, peccatorum expulſionẽ, meliorúmque doctrinã, cùm dicitur: Pronunciare pauperibus miſit me, prædicare captiuis remiſsionẽ, & cęcis viſum. Aliquãdo gratiam quã acceperunt, ſiue adoptionis, ſiue miraculorum, cùm dicitur: Filiæ regũ in honore tuo: adſtitit regina à dextris tuis. Aliquando etiam admonitionem, vt illud quod ſequitur: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum. Aliquando glorificationem, quam Chriſto debemus, cũ dicitur: Quia ipſe eſt dominus deus tuus, adorabis eũ. Aliquando beatitudinem & virtutem, quam meretur fidelis, cùm dicitur: Adducentur regi virgines poſt eam. Aliquando lætitia in qua ſunt profectum ſuum videntes, cùm dicitur: Adducentur cum

gaudio & exultatione. Aliquando ſacerdotium & eccleſiaſticam conſuetudinē, cùm dicitur: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Aliquando eccleſiæ ſpiritualem ędificationem, cùm dicitur: Ex gradibus eburneis ex quibus te delectauerunt. Aliquando eccleſiaſticam authoritatem, cùm dicitur. Pones eos principes ſuper omnem terram. Aliquando plenitudinem credentiū cùm dicitur: Replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Aliquando tollerantiam, ſiue tentationes, ſiue perſecutiones, cùm dicitur: Donec educat in victoria iudicium, &: In nomine eius Gentes ſperabunt. Aliquando inimicorum deſtructionem, cùm dicitur: Et inimici eius terram lingent. Aliquando pacem qua gaudet poſt perſecutiones eccleſia, cùm dicitur: Orietur in diebus eius iuſtitia, & plenitudo pacis, donec cōfirmetur luna. Aliquādo hæreticorum errores, & Heliæ præſentiam, cùm dicitur: Ecce tranſmitto vobis Heliam Thesbiten, & reuocabit corda patrum in filios. Aliquando fidelium ſpem, & ſecundum ſaluatoris aduentum, cùm dicitur: Et ipſe erit expectatio Gentium. Aliquando baptiſmum Ioānis, cùm dicitur: Ecce mitto

angelum meum ante faciem tuam.

De ſpeciebus prædictionum, quæ in gratia factæ ſunt. Caput XXIIII.

D. Quoniam ſpecies prædictionum quæ in lege ſunt, diximus. da eas quæ in gratia leguntur emiſſæ.

M. Prædictionū quæ in gratia factæ ſūt, ſpecies viginti tres inueniūtur. Aut enim generatio, vt vita Ioannis Baptiſtæ prædicitur ad patrem eius Zachariā. Omnis locutio illa per angelum & prophetiam ipſius Zachariæ, aut ſaluatoris conceptus natiuitáſque mirabilis, vt eſt prædictio quam ad ſanctam Mariam angelus dixit: Et Magorum reuelatio, aut Iudæorū incredulitas atque conuerſio, ſicut dicitur: Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & reſurrectionē multorum in Iſraël, & ſignum cōtradictionis. Aut præmiū regni cœleſtis, ſicut eſt: Pœnitentiā agite, adpropinquauit, & reliqua. Aut Gētium vocatio, ſicut dicitur: Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Aut Hebręorū excluſio, vt eſt, quod ſequitur, Filij autem regni huius excludētur in tenebras exteriores. Aut ſaluatio per apoſtolorum pręddicationem, vt cùm dicitur:

Venite poſt me,faciam vos fieri piſcatores hominum. Aut miraculorũ claritas,vt dicitur: Qui credit in me,opera quę ego facio & ipſe faciet,& maiora horum faciet. Aut tentatio perſecutióque iuſtorũ, vt dicitur: Tradent enim vos in cõciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabũt vos, &c. Aut patientia fidelium inter aduerſa, vt cũ dicitur de eccleſia: Et portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. & rurſus: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Aut contemplatio regni cœleſtis & ſecundi aduentus, qua & in hac vita ſanctorum animæ perfruuntur, vt eſt: Veniet enim filius hominis in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& tũc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Dico autem vobis,quia ſunt aliqui de his ſtantibus,qui non guſtabunt mortem,donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Aut retributio bonorum ſeu malorum,vt cùm dicitur: Et ibunt iſti in pœnam æternam: iuſti verò in vitã æternã. Aut ſpirit⁹ ſancti præſentia apoſtolis data,vt eſt: Ego rogabo patrem meũ,& alterum paracletũ mittet vobis vt maneat vobiſcum in æternũ, ſpiritum veritatis.

Au. Aut eccleſiaſtica prænũciatur authoritas,

ſicut dicitur: Et dabò tibi claues regni cœlorũ: & quodcũque ligaueris in terra, erit ligatũ & in cœlo. Aut mors, paſsio ac reſurrectio ſaluatoris, ſicut dicitur: Ex illo cœpit Ieſ⁹ oſtẽdere diſcipulis ſuis, quia oportet eũ in Hieroſolymã ire, & multa ſuſtinere à presbyteris & principibus ſacerdotũ, & mori, & tertia die reſurgere. Aut generalis reſurrectio, vt cũ dicit apoſt. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. Aut ſimul Chriſti & noſtra reſurrectio, ſicut dicitur: Cùm ego exaltatus fuero à terra, omnes trahã ad me. Aut Iudæ proditio, ſicut dicit Chriſtus: Nõne ego vos elegi duodecim, & vnus ex vobis diabolus eſt? Aut modos tentationis & mortis aliquorum diſcipulorũ, ſicut Petro domin⁹ & negationẽ futurã prędixit, & ſpeciẽ paſsionis dicẽs: Anteq̃ gall⁹ cãtet, ter me negabis. &, Cũ ſenex fueris, extẽdes man⁹ tuas, & ali⁹ te cinget & ducet quò tu nõ vis. Aut prępſentia detẽtorũ Chriſti, cũ dicit: Surgite eam⁹, ecce adpropinquauit qui me tradet. Aut diſperſio apoſtolorum, ſicut eſt: Percutiã paſtorẽ, & diſpergẽtur oues gregiã. Aut pulli aſinæ repertio, quẽ domin⁹ in euãgelio prædixit ad diſcipulos addu-

cẽdũ. Aut Antichriſti præſẽtia, cũ dicitur: Nemo vos ſeducat vllo modo: q̃a niſi vẽnerit diſceſsio primũ, & reuelat⁹ fuerit homo peccati, fili⁹ ꝑditionis qui cõtradicit. &c. Aut Heliæ pręſentia, cũ dicitur: Helias veniet primũ. aut cõſcientiæ electorũ, vt de Paulo: Vas electionis mihi eſt iſte. Aut aliq̃ nõ immutari, ſed guſtaturi mortẽ prædicũtur, ſicut apoſt. Ecce myſteriũ dico vobis, oẽs quidẽ reſurgemus, ſed nõ oẽs immutabimur. Aut futuræ peſtis, ſicut Agabus prophetia. aut hæreſum contrarietas, ſicut dicitur: Iſtud autẽ agnoſce quia in vltimis dieb⁹ exurgẽt tẽpora maligna. & rurſus, Quãdo ſanę doctrinę nõ adquieſcẽt, ſed ſecũdũ ſua deſideria quęrẽt ſibi doctores. Aut baptiſmatis gratia, vt eſt: Ipſe vos baptizabit in ſpũſancto & igne. Aut cõſumptio Hieruſalẽ ac templi Iudaici, ſicut eſt: Orate ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. &: Ecce relinquetur vobis dom⁹ veſtra deſerta. Aut euangelij prædicatio, ſicut dicitur: Et prædicabitur euangeliũ regni in omni orbe terrarũ, in teſtimoniũ omniũ gẽtiũ, & ſic erit finis. Aut mala finis ipſius vnà cũ ipſo fine, vt cùm dicitur: Statim poſt tributationẽ dierum illorum ſol obcæcabitur.

D. Quomodo has prædictiones ad futurum ſecu lum dicimus pertinere?
M. Sicut de acceptationibus diximus: q̇a ea quæ prædicta ſunt ante legem, intentio eorum fuit ad tempora legis, aut gratiæ. rurſus quę in lege prædicta ſunt, gratiam figurabant: & quę in gratia, cauſam & pręmiũ regni cœleſtis habuerunt. Ita colligitur prędictionum omnis intentio ad futuri ſeculi bona reſpicere.

De effectibus prædictionum. Cap. XXVI.

D. Quoniam tres iam partes oſtendimus, eorum quæ ad futurum ſeculum diximus pertinere, hoc eſt, acceptationes & figuras & prædictiones: nunc quarta pars reſtat vt de effectionibus diſſeramus. Quid ſunt igitur effectus?
M. Effectus ſunt earum rerum quas acceptionum proſpiciebat intẽtio, aut typorum ſimilitudo figurabat, aut prędictionum ſcientia pręloquebatur.
D. Quot ſunt effectuum tempora?
M. Tria. Aut enim legis tempore effecta ſunt quę prędicebantur: aut nũc ſub gratia fiunt: aut ſeculorum futurorum tempore complenda ſunt.

Quæ cauſa fuerit præſentis ſeculi faciendi. Caput XXVI.

D. Si omnia quæ in præſent iſeculo geſta ſunt,

ad futurum reſpiciebant: quid opus erat, vt à deo præſens ſeculum fieret?

M. Quia decuit, vt ratiõales creaturę prius diſcerẽt, vt excitarẽtur in dubiis, ac tũc ęternis poſtea fruerẽtur, & merito data viderentur probatis, & gratiora fierẽt reminiſcentibus tranſacta certamina: & plus glorificarent donatorem, qui pios in hoc ſeculo iuuat, & vt vincerent, & victoribus æterna præmia concederet.

De doctrina rationalium in hoc ſeculo.

Caput XXVII.

D. Quot modis in hoc ſeculo rationalium doctrina peragitur?

M. Duobus. Aut intelligentia rerum factarum, ſicut dicit apoſt. Quia inuiſibilia eius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur. Neceſſe eſt enim vt qui mundum atque omnia in eo poſita cõſiderat, modis, ordinibúſque diſtincta intelligat eſſe deum, qui hæc & fecerit & gubernet. Aut ex diuinis ſcripturis, quę vt diximus, in quatuor ſpecies diuiduntur, hiſtoricam, propheticã, prouerbialem, & ſimpliciter docentem.

Quę ſeruanda ſint in ſcripturarum intelligẽtia.

Caput XXVIII.

D. Quæ ſunt, quæ in intellectu diuinarum ſcri-

ſcripturarum cuſtodire debemus.

M. Vt ea quæ dicuntur dicenti cōueniāt: vt à cauſis pro quibus ſunt dicta, non diſcrepent: vt concordent temporibus, locis, ordini, intentioni.

D. Quam dicimus diuinæ doctrinæ intentionem?

M. Quam ipſe Dominus dixit: Vt diligamus dominū ex toto corde, & ex tota anima: & proximos tanquam nos ipſos. Doctrinæ autem corruptio eſt & cōtrarium, Deum non amare vel proximum.

D. Quæ huius contrarietatis eſt cauſa?

M. Cauſa malorum in ipſis eſt, qui mali ſunt, quia dū libero arbitrio atque bene conceſſo inordinatè vtuntur rationales creaturæ, & malitiæ & pœnæ cauſa ſibimet exiſtunt.

Vnde libri religionis catholicæ aſſeruntur.

Caput XXIX.

D. Vnde probamus libros religionis noſtræ diuina eſſe inſpiratione conſcriptos?

M. Ex multis, quorum primum eſt, ipſius ſcripturæ veritas: deinde ordo rerū, conſonantia præceptorum, modus locutionis ſine ambitu puritáſque verborum, additur conſcribentiū & prędicantiū qualitas. quòd diuina homines, excelſa viles,

infacundi ſubtilia, non niſi diuino repleti ſpiritu tradidiſſent. Tunc prędicationis virtus, quàm dum (licet à paucis deſpectis) prędicaretur, obtinuit. Accedunt his rectificatio contrariorum, vt Sibyllarum vel philoſophorum, expulſio aduerſariorum, vtilitas conſequentium, exitus eorum quę per acceptationes & figuras, prędictiones. quę prędicta ſunt ad poſtremum, miracula iugiter facta, donec ſcriptura ipſa ſuſciperetur à Gētibus. De qua hoc nunc ad maximum miraculum ſufficit, quòd ab omnibus ſuſcepta cognoſcitur.

Vbi ſit fides religionis neceſſaria.

Caput xxx.

D. Si diuinæ ſcripturæ probationibus ſufficiunt, quid neceſſaria eſt religioni fides?

M. Fides noſtra ſuper ratione quidē eſt, non tamen temerariè & irrationabiliter adſumitur. Ea enim quę ratio edocet, fides intelligit. Et vbi ratio defecerit, fides pręcurrit. Non enim vtcunque audita credim⁹, ſed ea que ratio non improbat. Verùm quod conſequi ad plenum non poteſt, fideli prudentia confitemur.

Finis ſecundi libri.

IVNILII EPISCOPI AFRICANI AD Primaſium epiſcopum.

Præfatio.

De principio libri Geneſis, in quo mundi huius creatio deſcripta eſt, multi multa dixere, & multa poſteris ingenij ſui monimenta reliquere. Sed præcipuè, quantū noſtra puſillanimitas ediſcere potuit, Baſilius Cæſarienſis, quem Euſtachius interpres de Græco fecit eſſe Latinum: Ambroſius Mediolanenſis, Auguſtinus Hipponenſis epiſcopus. quorum primus, libris nouem: ſecundus, veſtigia eius ſequens, libris ſex: tertius, libris xij: & rurſum aliis duobus, ſpecialiter aduerſum Manichæos deſcriptis: prolixa legentibus doctrinæ ſalutaris fluenta manarunt. Eſtque completa in iis promiſsio veritatis, quæ dicebat: Qui credit in me, ſicut ait Scriptura, flu ida de ventre eius fluent aquæ viuæ. E quibus Auguſtinus & in libris confeſsionum ſuarum, in libris quoque quos contra aduerſarium

legis & prophetarum eximiè compoſuit, ſicut & in aliis ſparſim opuſculis ſuis, nonnullam eiuſdem primordialis creaturæ memoriam cum expoſitione congrua fecit. Verùm quia hæc tam copioſa, támque ſunt alta, vt vix niſi à locupletioribus valeant perſcrutari: placuit Sanctitati tuæ id nobis officij iniungere, vt de omnibus his, velut de amœniſsimis latè florentis Paradiſi campis, quæ infirmorum viderentur neceſsitati ſufficere, decerperemus. Nec ſegnior in exequendo, quæ iubere es dignatus, extiti: quin potius ſtatim perſpectis patrum voluminibus, collegi ex his, ac duobus in libellis diſtinxi, quæ rudem adhuc poſſent inſtruere lectorem, quibus eruditus ad altiorem diſceret fortiorémque maiorum aſcendere lectionem. In quo opere ſenſum per omnia memoratorum aliorum, æquè catholicorum patrum, nunc ipſis eorum, nunc breuiandi cauſa meis ſermonibus, nunc tacitis eorum vocabulis, nunc commemoratis, prout opportunitas locorum dictabat, ponere ſtudebam. Produxíque opus, vſque dum eiectus Adam de Paradiſo voluptatis, exilium vitæ temporalis intrauit. Aliqua igitur de ſequentibus Sacræ hiſtoriæ, ſi Deus voluerit, auxilio veſtræ interceſsionis comite ſcripturus. Dum primò librum ſancti Eſdræ, prophetæ ac ſacerdotis Chriſti: & eccleſiæ ſacramenta, ſub figura ſolutæ longæ

captiuitatis, reſtaurat templi, reædificatæ ſanctæ ciuitatis: reductorũ in Hieroſolyma vaſorũ quæ abducta: reſcriptæ legis Dei, quæ incenſa fuerat: caſtigati ab vxoribus alienigenis populi, & vno corde atque anima in Dei ſeruitium conuerſi, vt Propheta ſimul & hiſtoricus conſcripſit: parũper perſcrutatus fuero: & aliqua ex his, quæ cõmemoraui, ſacramentis, apertiora ſtudioſis Deo fauente reddidero. Bene Vale ſemper, amantiſſime Antiſtes, noſtri memor in Domino.

IVNILII EPISCOPI AFRICANI,

Εἰς τὰ πρῶτα τῆς γενέσεως, *valde doctus & vtilis Commentarius.*

In principio creauit Deus cœlũ & terram. &c.

CReationem mundi inſinuãs Scriptura diuina, aptè primo ſtatim verbo æternitatem atque omnipotentiam Dei creatoris oſtendit. Quẽ enin in principio temporum mũ

dũ creaſſe perhibet, ipſum profecto ante tẽpora ęternaliter extitiſſe deſignatur: & quem ipſum conditionis initio cœlum & terram creaſſe narrat, tanta celeritate operationis omnipotentem eſſe declarat. cui voluiſſe, creaſſe eſt. Nam humana fragilitas cùm aliquid opatur: verbi gratia, domum ędificamus, in principio operis materiã præparamus, & poſt hoc principium fodimus in altum, deinde mittimus lapides in fundamentum, deinde pariter augeſcentibus lapidũ ordinibus adponimꝰ, ſicque paulatim ad perfectionem operis propoſiti perficiendo peruenimus: Deus autem, cuius manus omnipotens eſt, ad explendum opus ſuum nõ eguit mora temporum. Quia ſcriptũ eſt:

Pſal. 113. Omnia quæcunque voluit, fecit. Vnde bene dictum eſt, quia in principio creauit Deus cœlum & terram: vt apertè detur intelligi, quia vtrunque ſimul ab homine dici non poſsit. Denique dicit Prophe-

Pſal. 101. ta: Initio terram tu feciſti Domine. Hîc autem Dominus cœlum & terrã in principio creaſſe narratur: vnde liquidò colligitur, quia factura eſt vtriuſque elementi pariter expleta: & hoc tanta velocitate diuinæ virtutis, vt necdum primum

nundi naſcentis momentum eſſet tran-
cenſum. Poteſt autem probabiliter intel
igi, In principio feciſſe Deum cœlum &
errã, vnigenito filio ſuo. qui interrogan
ibus ſe Iudæis, quidnam credere debe- *Ioan. 8.*
ent: reſpondit, Principium, qui & loquor *Colloſſ. 1.*
vobis. Quia in ipſo, vt ait Apoſtolus, cõ
dita ſunt, quæ fecit in cœlis, & in terra.
Sed diligenter intuendum, vt ita quiſque
ſenſibus allegoricis ſtudium impendat,
quatenus apertam hiſtoriæ fidem allego,
rizando non derelinquat. Quoad autem
licet, quale ſit cœlum, quod in principio
cum terra factum eſt, ſequentibus verbis
inſinuatur, cùm dicitur.

Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.

Vt quid enim hæc de terra, prætermiſſo cœlo intulit? Niſi quia de cœlo nil tale intelligi voluit. Ipſum enim eſt cœlum ſuperius, quod ab omni huius mundi volubili ſtatu ſecretum, diuinæ gloria præſentiæ manet ſemper quietum. Nam de noſtro cœlo, in quo poſita ſunt luminaria huic ſeculo neceſſaria, in ſequentibus ſcriptura quomodo vel quando ſit factum, declarat. Non ergo ſuperius illud cœlum, quod mortalium eſt

omnium inacceſsibile conſpectibus, inane creatum eſt, & vacuum: vt terra, quæ nil in ſua prima virentium germinum & viuentium produxit animantium creatione. quia nimirũ ſuis incolis mox creatum, hoc eſt beatiſsimis angelorum agminibus impletum eſt: quos in principio cum cœlo & terra eſſe æditos, ac mox conditionem ſuam ſimul & totius creaturæ primordialis, ad laudem conditoris retuliſſe, teſtatur ipſe Conditor, qui loquens ad ſanctum ſuum famulum Iob,

Iob 38. dicit: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? & paulò poſt: Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, iubilarent omnes filij Dei. Aſtra videlicet matutina eoſdẽ angelos, quos & filios Dei, nuncupans, ad diſtinctionem nimirum hominum ſanctorum: quæ poſt modum creãdi, ac velut aſtra veſpertina, poſt confeſſionem diuinæ laudationis per mortem erant carnis occaſuri. è quibus videlicet aſtris matutinis vnum, ob deſpectum ſo-

Eſa.14. ciæ Dei laudationis audire meruit: Quomodo de cœlo cecidiſti Lucifer? qui mane oriebaris. corruiſti in terra, qui vulnerabas gentes. & qui dicebas in corde tuo: In cœlum aſcendã, ſuper ſidera cœli

exaltabo

Exaltabo ſolium meum. In cuius expoſitione ſententiæ, S. Hieronymus meminit & ſuperioris cœli, ita ſcribens : Et antequam de cœlo corrueret, iſta dicebat: & poſtquã de cœlo corruit. Si adhuc in cœlo poſitus, quomodo nunc dicit, In cœlũ aſcendam? Sed quia legimus, Cœlũ cœli *Pſal.* 113.
Domino: cùm eſſet in cœlo, id eſt firmamento, in cœlũ, vbi ſolium Domini, cupiebat aſcendere, non humilitate, ſed ſuperbia. Sin autẽ poſtquam de cœlo corruit, iſta loquitur verba: arrogantiam debemus intelligere: quòd nec præcipitatus quieſcat, ſed adhuc ſibi grandia repromittat, non vt inter aſtra, ſed ſuper aſtra Dei ſit. Merito itaque cœlum cœli non inane & vacuum eſſe factum memorat. Sed nec tenebris in eo, vel abyſſo locus remanere vllus perhibetur, quod Dominus illuminat, & cuius lucerna eſt agnus. Et merito inanis & vacua erat terra: cùm adhuc tota abyſſo, id eſt immenſa profunditate tegebatur aquarum. Merito tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: cùm necdum lux quæ has figuret, creaſſet. Non autem audiendi ſunt, qui reprehendentes Deũ, dicunt tenebras antè creaſſe, quàm lucem. quia nõ Deus tene-

bras in aqua & aëre fecit vllas: ſed ordine diſtincto prouidentiæ ſuę, prius aquas cum cœlo creauit ac terra, & has poſtmodum, cùm voluit lucis gratia venuſtauit, id eſt, quod eumvſque modo & in aqua ipſa, & in aëre, per quotidianum ſolis occaſum ac diſceſſum facere videm⁹. Neque enim aquas ad omnia factas credere fas eſt. Quod etſi hìc Scriptura palã non dicit: palàm tamen ſignificat, cùm has à Deo illuſtratas atq; ad iuſſum eius

*Pſa.*148. ordinatas inſinuat. Sicut & Pſalmus dicit aperté. Et aquæ, quę ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini: Quia ipſe dixit, & facta ſunt. Vbi notandum, quòd cum cœlo in principio duo mundi elementa, aqua videlicet & terra, nominatim facta memorantur: quibus tamen duo reliqua fuiſſe conſtat indita: ignem videlicet in ferro & lapidibus, quæ terræ viſcera tum condita latebant: aërem verò in ipſa terra, cui eſſe permixtus ex eo cognoſcitur, quòd cùm fuerit humectata; & temperiem ſolis acceperit, mox vapores exalat largiſsimos. Ignem quoque ardentem terræ interioribus inſitum; calidi aquarum fontes produnt. quæ per certa quædã metalla in profunda aqua-

rum tranſcurrunt : & non ſolùm calidæ , ſed & feruentes ſuper faciem telluris emanant . Non enim hæc , vt quidam diſputant, informiter inuicem mixta : ſed terra ipſis , quibus & nunc eſt, finibus vndique verſum circunſcripta, talis tunc erat tota, qualis adhuc ſub imo maris profundo ex parte remanet: Aquæ autem vniuerſam ſuperficiem in tantam tangebant altitudinem , vt ad illos vſque locos pertingerent: & vbi nunc , vſque ſuper firmamentum cœli ex parte inſidentes , nomen Domini, creatoris cœli cœlorum , laudare non deſinunt. Ad hæc,tantùm eſt informis materies, de qua mundum eſſe factum teſtatur Scriptura, quæ in Dei laudibus dicit. Qui feciſti mundum de materia informi. Nam cuncta quæ cum aquis & terra videre ſolemus in mundo , vel de ipſis exordium materiæ, vel ſumpſere de nihilo. Ipſa autem terra, & ipſæ aquæ, propterea nomen ſortitæ ſunt materiæ informis, quia priuſquam in lucem venirent , vnde formoſitatem haberent, non erat. Quod autem inconueniens: ſi mundanæ materiæ fuerant tenebroſa primordia , vt accedente luce melius

quod factum eſt redderetur:tanquam ꝑficientis hominis, quod poſtea futurum erat,hoc modo ſignificaretur affectio,exponēte Apoſtolo,ac dicente: Quoniam
2.Cor.4. Deus,qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere,qui illuxit in cordibus noſtris.
Epheſ.5. Vnde alibi dicit:Fuiſtis aliquando tenebræ,nunc autem lux in Domino: illo videlicet,qui cùm tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi , dixit:Fiat lux , & facta eſt lux.

Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

Non eſt opinandum pueriliter, quòd ſpiritus creator (de quo ſcriptum eſt,
Sapien.1. Quia ſpiritus Dei repleuit orbem terrarum:)poſitione loci his quæ erant creanda ſuperferretur:ſed intelligendum; potiꝰ,quia diuina virtute præcellebat creaturis.habens in propria poteſtate, quando aquarum illuſtraret abyſſum, quando in locum ea ſecerneret vnum , vt appareret arida : quando & quomodo creaturas cæteras pro ſuo nutu diſponeret. in ſimilitudinem videlicet fabri, cuius voluntas his quę fabricandæ ſunt rebus ſolet ſuperferri. Quod ipſum quoque ad diſtinctionē ſuperioris cœli per-

tinet, in quo mox perfectè omnia diſpoſita, Spiritus ſancti præſentia illuſtrat. Non autem vt inferioribus, hoc eſt huius mundi creaturis, bonę primordia cōditionis ex tempore ad perfectum deducere intendebat. Nam ideo Moſes tam breuiter ſuperioris mundi fecit mentionem, quia de mundo hoc, in quo homo eſt factus ad inſtitutionem generis humani, ſermonem facere inſtituerat. ſufficere credens, ſi omnem creaturæ ſpiritualis & inuiſibilis ſtatum atque ornatum, vno cœli nomine, quod in principio factum dixit, comprehenderet. corporalem verò, viſibilem & corruptibilem creaturam, latiùs ex ordine deſcriberet, id eſt tacitis iis, quę ſublimiora & fortiora ſcrutatu ſunt hominū: illa potius, quæ eſſent à Deo præcepta, ſiue permiſſa hominib⁹ cogitanda proponeret. Vnde & conſultè de caſu præuaricationis angeli, & ſociorum eius penitus reticuit: quia hoc mirū ad ſtatum inuiſibilis illius ac ſpiritualis creaturæ. cuius ſuperioris & inuiſibilis creaturæ ſanctus Baſilius in libro Hexaëmeron, ita meminit: Arbitramur enim, quia ſi fuit quippiam ante inſtitutionem ſenſibilis huius & corruptibilis mundi, *Homil*

profectò in luce fuit. neq; enim dignitas angelorum, nec omnes cœleſtes militię, neque omnino ſi quid eſt nominatũ, aut incompellabile, aut aliqua rationabilis virtus, vel miniſtrator ſpiritus, vel degere poſſet in tenebris: ſed in luce & omni lætitia ſpirituali decenter habitum poſſidebat. Bene autem, cùm in prĩcipio Deum, id eſt in filio patrem feciſſe cœlum & terram prædiceret, etiam Spirirus ſancti intulit mentionem, addendo: Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. vt videlicet totius ſimul Trinitatis in creatione mundi virtutem coopertam eſſe ſignaret.

Et dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux.

Congruit operibus Dei, vt mundi ornatum à luce incipiat. qui cùm ipſe ſit lux vera, lucémq; habebit inacceſſibilem, cuius beatiſsima viſione mox creati in cœlis cœlorum angeli iam perfrui cœperant: aptè huic quoque ſeculo ornando, primam materialis gratiam lucis donauit, vt eſſet vnde cætera quæ crearet appareret. Quod autem dixerit de⁹, ſiue vt lux fieret, ſiue vt alia, quæ perhibentur: non noſtro more per ſonum vocis corporeum feciſſe credendus eſt, ſed

altiùs intelligendum, dixiſſe Deum vt fieret creatura: quia per verbum ſuum omnia, vel per vnigenitum filium ſuum fecit. de quo manifeſtiùs Euangelium Ioãnis: In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. omnia per ipſum facta ſunt. Quod autem ait Ioannes: Omnia facta per verbum Dei, hoc quod Moſes ait: Quia dixit Deus, Fiat lux, dixit Fiat firmamentũ, dixit Fiat cætera creatura. hoc quod Pſalmus adiuncta & ſpiritus ſancti perſona dicit: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. *Ioan.* 1.

Si autem quæratur, quibus in locis iubẽte Deo facta ſit lux, cùm adhuc abyſſus omnem terræ amplitudinem contegeret: Patet profectò, quia in ſuperioribus eiuſdem terræ partibus, quas & nunc diurna ſolis lux illuſtrare conſueuit, tunc principalis illa lux emicuit. Nec mirandum nobis, diuina operatione lucem in aquis poſſe reſplendere. cùm & hominum operatione conſtet eas ſæpius illuſtrari: nautarum videlicet, qui in profundo maris demerſi, ex ore oleo per-

ſpicuum ſibi hoc ac lucidũ reddunt. Si enim homo talia per oleum ſui oris poteſt, quantam Deus per ſpiritum oris ſui lucem creare poſſe credendus eſt? præſertim cùm multò rariores, quàm modò in terris videre ſolemus, aquæ in principio fuiſſe factæ credendæ ſint, priuſquam in locum eſſent vnum vt apparerent congregatæ.

Et vidit lucem Deus, quòd eſſet bona.

Non velut incognitam antea, repente lucem videns laudauit, quia bonam dicit: ſed eam, quam laudabilem ſe facturum nouerat, iam factã hominibus laudẽ dignam ac mirandam eſſe declarauit. Quia non totas mundi tenebras luce diſpulit infuſa: hoc enim ſuperni eſt ſeculi, fixa ac perpetua luce perfrui. ſed ab vna illam parte illuſtrans, aliam reliquit obſcuram: rectè ſubditur,

Et diuiſit lucem à tenebris.

Diuiſit nanque eas non ſolùm qualitatis, ſed & locorum diſtantia. Lucem itaque in ſuperiore orbis parte diffundẽdo, in qua humana erat conuerſatio futura: inferiora verò eius priſcis in tenebris remanere ſinendo.

Appellauit lucem, diẽ: & tenebras, noctem.

Appellauit autem dictum eſt, appellari fecit. Quia ſic diſtinxit omnia, & ornauit, vt & dies cerni nõ poſſent, & nomina accipere. Sic enim dicimus: Ille pater familias ædificauit iſtam domum, id eſt ędificari fecit: & multa talia per omnes libros diuinarũ Scripturarũ inueniuntur. Hoc ad intellectum noſtrum dictum eſt. Qua enim lingua appellauit Deus lucẽ diem, & tenebras noctem? Vtrũ Hebræa an Græca, an alia lingua? & ſic omnia q̃ri poſſunt, quæ vocauerit, & qua lingua vocauerit. Sed apud Dominũ purus intellectus eſt, ſine ſtrepitu & diuerſitate linguarum.

Factúmque eſt mane & veſpere dies vnus.

Factum eſt vepere, occidẽte paulatim luce, poſt expletum ſpacium diurnæ longitudinis, inferioris mundi partes ſubeunte: & quod nunc vſitato ſolis circuitu noctibus agi ſolet. Factum eſt mane, redeũte eadẽ paulatim ſupra terras, atq; aliũ diẽ initiante. & huc vſq; dies expletus eſt vnus: viginti. ſ. quatuor horarũ. cuius cõmendatione verbi Scriptura vigilãter admonet, vt lucẽ quæ facta eſt, inferiora

orbis occaſu ſuo luſtraſſe dicamus. Nā ſi non hoc faceret, & magis facto veſpere paulatim tota periret, & rurſum paulatī mane recreata reſurgeret: nō iam in mane diei ſequentis, ſed potius in veſpera primi vnum diceret eſſe diem perfectū. Vnde veſperam & mane, quàm noctem ac diem factam, dicere maluit: vt inſinuaret, tunc primariæ lucis actum eſſe circuitum. quod nunc circuitu ſolis, die noctuque geri conſtat. patet hoc ſolūmodo quòd poſt creata ſidera, nox quoq; ſua, tametſi minore quā dies, luce ꝓfunditur, triduo autē illo primo, tenebroſa & prorſus obſcura manebat. Dicebat nanque omnibus modis, vt dies incipiens à luce, in mane diei ſequentis eſſet protelatus: quatenus intimaretur opera eius, quę eſt lux vera, & in quo tenebræ non ſunt vllæ, à luce inchoare, & in lucem cuncta eſſe completa.

Dixit quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum: & factū eſt ita: Vocauitque Deus firmamentum cœlum, & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.

Hîc noſtri cœli in quo fixa ſunt ſide-ra,creatio deſcribitur:quòd in medio cõ ſtat, firmamentum eſſe aquarum. Nam ſuppoſitas ei eſſe aquas,& ipſi in aëre ter riſque videmus ſuperpoſitas, non ſolùm huius Scripturæ authoritate,ſed & Prophetæ verbis edocemur,qui ait:Extẽdẽs cœlum ſicut pellem,qui tegis aquis ſupe riora eius.In medio ergo aquarũ,firmamentũ eſſe conſtat,ſidereũ cœlum. Neque aliquid prohibet, vt & de aquis factum eſſe credatur. quæ enim cryſtallini lapidis firmitas,quæ ſit perſpicuitas ac puritas,nouimus:quem de aquarum cõgregatione certũ eſt eſſe ꝑcreatũ. Quid obſtat credi,quòd idem diſpoſitor naturarum,in firmamentum cœli ſubſtantiã ſolidaret aquarum? Si quem verò mouet,quomodo aquæ, quarum natura eſt fluitare ſemper,atque ad ima delabi, ſuper cœlum conſiſtere poſsint, cuius rotunda videtur eſſe figura: meminerit Scripturæ,dicentis de Deo:Qui ligat aquas in nubibus ſuis,vt non erũpant pari ter deorſum.& intelligat, quia qui infra cœlum ligat aquas,ad tempus cùm vult, vt non pariter decidant, nullo firmioris ſubſtãtiæ crepidine ſubſtentatas, ſed va- *Pſa.103.*

poribus ſolummodo nubium retentas: ipſe potuit aquas ſuper rotundam cœli ſphæram, ne vnquam delabantur, non vaporali tenuitate, ſed ſoliditate ſuſpendere glaciali. Sed & ſi liquentes ibi aquas ſiſtere voluit, nunquid maioris hoc miraculi eſt, quàm quòd ipſam terrę molẽ (vt Scriptura dicit) appendit in nihilo? Nam & vndæ ſiue Rubri maris, ſeu fluuij Iordanis cũ ad tranſitũ Iſraëliticæ plebis in altum erectæ, murorum in ſtar figuntur: Nónne euidens dãt iudiciũ, quòd & ſupra rotunditatẽ cœli volubilem fixa poſſint ratione manere? Sanè quales quales ibi aquæ ſint, eſſe tamẽ eas ibi, quod Scriptura ſancta dixit, nulli dubitandũ reliquit. Quid autem ſit dicere Dei, Fiat hæc & illa creatura, iam ſuprà dictũ eſt. Dixit enim vt fieret, cùm in coæterno ſibi verbo, vnigenito videlicet filio, cuncta creanda diſpoſuit. Cũ ergo audimus: Dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarúm, & diuidat aquas ab aquis: intelligamus, quid in verbo Dei erat vt fieret, in quo faciendum intus ante omne tempus præuidit, quicquid foras ex tẽpore deus fecit. Cùm verò audimus: Et fecit Deus firmamentum, & diuiſit aquas quæ erant

ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentũ,& factũ eſt ita:intelligimus factam cœli aquarũque creationẽ,ac diſpoſitionem,non exceſsiſſe prçſcriptos ſibi in verbo dei terminos.iuxta illud Pſalmiſtæ:Præceptum poſuit,& non prateribit.id quod æquè de creaturis ſequentibus,quç per quatuor dies referuntur factæ,intelligendum eſt. Vbi verò adiunctum audiuimus:Et vidit Deus quòd eſſet bonum : intelligamus in benignitate ſpiritus eius,nõ quaſi cognitum, poſteaquam factum eſt,placuiſſe: ſed potius in ea bonitate placuiſſe vt maneret,vbi placebat vt fieret.Notandum verò,quòd huius verbi obiectio hoc in loco , in Hæbraica veritate non habetur. Et mirum, quare inter omnia quæ creaſſe deus legitur,hic ſolummodo, id eſt in ſecũdi diei operibus,probatio diuinç viſionis minime addatur:quæ tamen ipſa cum cçteris quæ fecit,deo bona eſſe viſa demonſtrãtur,cùm in ſequentibus dicitur : Vidítq; deus cũcta quæ fecit,& erãt valdè bona. Niſi fortè, ſicut quidam Patrum exponunt,intelligere nos in hoc Scriptura voluit,nõ eſſe bonũ duplicem numerũ,qui ab vnitâte diuidat,& præfiguret fœdera

*Pſal.*148

nuptiarum. Vnde & in arca Noë, omnia animalia quęcunque bina ingrediuntur, immunda ſunt: & impar numerus eſſe mundus oſtenditur. De his ſanè quæ hactenus expoſita ſunt, id etiam de creatione diei primi & ſecundi, in hiſtoria ſancti Clementis ita dixiſſe referunt Apoſtolum Petrum: In principio cùm feciſſet Deus cœlum & terram, tanquam domum vnam, & ipſa quæ in corporibus mundi reddita eſt vmbra, his quæ intrinſecus clauſa fuerãt, tenebras ex ſe dedit. Sed cùm voluntas Dei introduxit lucem, & tenebræ illæ quæ ex vmbra corporea factæ fuerant, continuò deuoratæ ſunt: tùm deinde lux in diem, tenebræ deputantur in noctem. Iam verò aquæ, quæ erant intra mundum, in medio primi illius cœli terræque ſpacio, quaſi gelu concretæ, & cryſtalli ſoliditate diſtenduntur: & huiuſmodi firmamento velut intercluduntur, medio cœli ac terræ ſpacio. idque firmamentum, cœlum Conditor appellauit: antiquioris illius vocabulo nuncupatum. Et ita totius mundi machinam, cùm vna domus eſſet, in duas diuiſit regiones. Diuiſionis autem hęc fuit cauſa, vt ſuperna regio angelis habita-

cúlum, inferior verò præberet hominibus. Hæc noſtro operi paucis inſerere libuit, vt quantum hoc ſenſui patrum concordet, lector agnoſcat.

Dixit verò Deus, Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum, & appareat arida: factúmque eſt ita.

Subduntur aquæ, quæ inter cœlum & terram vniuerſa compleuerant, & vnum congregantur in locũ: vt & lux, quæ præterito biduo aquas clara luſtrabat, clarior puro in aëre ſplendeſceret: & terra, quæ latebat, appareret: quæque conteсta aquis limoſa manebat, & inualida harum abſceſſu redderetur arida, & ſuſcipiendis apta germinibus. Si quis verò quæſierit, vbi cõgregatæ ſint aquæ, quæ omnes terræ partes ad cœlum vſquequaque operuerant. Sciat fieri potuiſſe, vt terra ipſa longè latéque iuſſu Creatoris ſubſidens, alias partes præberet concauas, quibus cofluentes aquæ reciperentur: & appareret arida ex his partibus, vnde humor abſcederet. Poteſt enim non abſurdè credi, maiores (ſicut & ſuprà commemorauimus) primarias fuiſſe aquas, quæ velut nebula terras tegerent, congregatione autem eſſe ſpiſſatas, quæ datis ſibi

locis capi poſſent, appareret arida in reliquis. Bene autẽ, cùm multa eſſe conſtet maria, in locũ tamen vnum congregatas dicit aquas: quia videlicet cuncta hæc iugi vnda atque continua. Oceano ac mari iunguntur magno. Sed etſi qui lacus in ſemetipſos videntur eſſe circunſcripti, & hos ferunt occultis quibuſdam perforatis cauernis in mare ſuos euoluere meatus. Nam foſſores puteorũ hoc probant: & quia tellus per inuiſibiles venas aquis repletà eſt manantibus, & quia trahunt ex mari principium.

Et vocauit Deus aridam, terram: congregationeſque aquarum appellauit maria.

Prius quidem ad diſtinctionem aquarũ, totam hanc ſolidiorem partem appellauit terram, cũ diceret: In principio creauit deus cœlum & terram, Terra autem erat inanis, & vacua. At nunc, poſtquam formari mũdus iam incipit, & aquis ſuũ in locum recedentibus terrę facies apparet, ad diſtinctionem partis eius, quę adhuc aquis p̃mebatur, cætera portio, quã aridam eſſe dicebat, terræ nomen accepit: inde dicta Latinè, quòd animantium pedibus teratur. Congregationes aquarum

Terra vnde dicta.

rum

rum appellauit maria, videlicet proxima ſui parte. nam & apud Hebræos, cunctas aquarum congregationes, ſiue ſalſas ſiue dulces, appellari dicunt maria. & aptè, quia prius propter continuationem, quæ in terris fuit aquarum, in locum vnum eas dixit congregatas: nunc & earũ congregationes pluraliter nominat, & hæc appellari maria pluraliter dicit: propter, videlicet, multifidos earundem ſinus, qui diuerſa pro regionum vocabulis & ipſi nomina ſortiuntur.

Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

Necdum terra germinabat, necdum vel ipſa quicquam vel animantia viua produxerunt: & tantùm videre dicitur deus quòd eſſet bonum, cedentibus aquis apparuiſſe aridam. quia videlicet æquus æſtimator vniuerſitatis, præuidens quæ futura erant, quaſi perfecta iam laudabat, quę adhuc in primi operis exordio ſunt. Nec mirum, apud quem rerum perfectio non conſummatione operis, ſed ſuæ eſt prædeſtinatione voluntatis.

Et ait, Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen: & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus ſuum: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. & factum eſt

ita. Et protulit terra herbam virentem, & afferentem ſemen iuxta genus ſuum, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: factúmque veſpere & mane dies tertius.

Patet ex his verbis Dei, quia verno tẽpore, mundi eſt perfectus ornatus. In hoc enim ſolent herbæ virentes apparere in terra, & ligna pomis onuſtari. Simúlque notandum, quòd non prima herbarum arborúmq; germina, de ſemine, ſed prodiere de terra. Nam ad vnam Conditoris iuſsionem terra, quæ arida apparebat, repente herbis compta, & nemoribus eſt veſtita florentibus. atque hæc cõtinuò, ſui quæque generis poma ex ſeſe, ac ſemina produxere. Oportebat enim, vt forma quæque rerum, ad imperium Domini primò perfecta procederet. quomodo & homo in ſe, propter quem omnia facta ſunt, in terra perfecta: hoc eſt, iuuenilis ætatis, plaſmatus eſſe credẽdus eſt.

Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli.

Decente ſatis ordine, mundus ex materia informi, congruam procedit ad for-

mam. Poſtquam enim ante omnem huiꝰ ſeculi diẽ, cœlum & terram & aqua Deus creauit, hoc eſt, ſpiritualẽ illũ, ſuperiorem cum ſuis incolis mundum, & informem totius mundi materiam, iuxta hoc quod ſcriptum eſt: Qui viuit in ęternũ, creauit omnia ſimul. Primo huius ſeculi die lucẽ fecit, quæ cæteras creaturas ſpeciei capaces redderet: & ſecundo firmamentum cœli, ſuperiorem videlicet huius mundi partem, in aquarum medio ſolidauit. tertio in inferioribus, mare terráſque ſuis diſcreuit finibus, aërémq; ſuis in locis cedẽte aqua diffudit. Oportuit ergo, vt eodem quo creata ſunt ordine, profectò caperent elementa amplioris ornatus, & idem quarto die cœlũ luminaribus inſigniretur: quinto aër & mare: ſexto terra, ſuis implerentur animantibus. Nã quòd die tertio terra herbis & arboribus veſtita, non ad ornatum eius, ſed ad ipſam (vt ita dixerim) figuræ eius, ſuperficiem pertinet. Dixit ergo Deus: Fiãt luminaria in firmamẽto cœli, vt diuidã diem & noctem. Eà diuiſione, quæ in ſequentibus explicatur apertiùs, vt Sol diem, Luna verò & Stellæ noctem illuſtrent. Et factis ſideribus, ad augmentum prima-

riæ lucis acceſsit. vt & nox luminoſa pro cederet, vel Lunæ vtique ſplendore, vel ſtellarum, vel vtroque irradiata: quæ eatenus nil præter tenebras nouerat antiquas. Nam etſi nobis ſæpiſsimè nox tenebroſa & cæca, obſcurato videlicet nebuloſis turbinibus aëre, qui terræ proxim⁹ eſt: ſuperiora tamen illa ſpacia, quæ æthe ris nomine cenſentur, & à turbulẽto hoc aëre vſque ad ſydereum pertingunt cœlum. ſemper ob ſiderum circumeuntium redduntur lucida fulgorem. Sed & hoc diuini muneris exorta ſidera, cum additamento lucis mundo lucem attulere: vt diſtinctio quoque temporum labẽtium, per ea poſſet dignoſci: Vnde ſequitur:

Æther.

Vt ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos.

Quia nimirum priuſquam ſidera fierent, non erant quibus ordo deputaretur temporum inditus: & non erat, vnde me ridiana hora dignoſceretur, antequam Sol medium cœli conſcenderet igneus orbem: & non, vnde cæteræ diei noctiſque ſignarentur horæ, donec aſtra polũ æquali inter ſe ſorte nocte diéque diuide rẽt. Sũt ergo luminaria in ſigna & tẽporá & dies & annos, non quòd à conditione eorum tempora cœperint, quæ conſtat

cœpiſſe à principio, quo fecit Deus cœlum & terram: vel dies & anni, qui origi nem ſumpſiſſe noſcuntur, ex quo dixit Deus, Fiat lux: & facta eſt lux. ſed quia per ortus eorum ſiue tranſitus, temporum ordo, dierúmque, annorúm que ſignatur. Nam totum illud triduum, ſuperius in diſcreto curſus ſui proceſſu tranſierat, nullam penitus dimenſionem habens horarum: vtpote quia lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullúmque caput habente, quod nũc de ſole accepit, núſquam radij ardentiores illuxerant: & nulla ſub caute vel arbore, à quis remotior vmbra frigebat. Sed & excepta annotatione temporum, ſunt luminaria in ſigna, huius vitæ vſib' neceſſaria: quæ vel nautæ in gubernando, vel in deſertis AEthiopiæ harenoſis quique viãtes obſeruẽt. vbi cùm leuiſsimo venti impulſu cuncta mox, quæ inuenta fuerint, itinerantium veſtigia cõplanantur. Ideóque nõ minus illis in regionibus euntes, quàm qui in mari nauigant, nocte diéque ſignis egent ſiderum. Sunt item in ſigna: quia nonnunquam aëris quoque qualitas, quæ ſit ventura, horum contemplatione præuidemus.

Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram, & factum eſt ita.

Semper quidem luminaria in firmamento cœli lucent, vt diximus: & proxima ei loca, claro lumine perfunduntur, ſed temporibus opportunis illuminant terram. Nãque aliquoties nebuloſus obſiſtit aër, ne vel Lunæ, cùm parua eſt, vel ſtellarum lumen terris appareat. Sed & ortus Sol, Lunam ſtelláſque maiore lumine, ne terram illuminent, impedit. Vnde & nomen accepit, quòd ſolus obtunſis vnà ſtellis cum Luna, per diem terras fulgeat.

Sol vnde dictus.

Fecit quoque Deus duo magna luminaria.

Luminaria magna poſſumus accipere, non tam aliorum comparatione, quàm ſuo munere: vt eſt cœlum magnum, & mare magnum. Nam & magnus Sol, qui complet orbem terræ ſuo calore: Luna, ſuo lumine quòd in quacunque parte fuerint cœli, illuminent omnia, & æquè ſpectentur à cunctis. Exemplum magnitudinis eorum euidens eſt, quòd omnibus hominibus orbis ipſorum idem videtur. nam ſi longè poſitis minor videretur, & propius conſtitutis maior,

refulgeret, proderet exiguitatis indicium..

Luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. & poſuit eas in firmamento cœli.

Luminare maius eſt Sol, non ſolùm forma ſui, qualiſcunque eſt, corporis: ſed & magnitudine luminis, qua & ipſum luminare minus, & ſtellas illuſtrare creditur. Maius eſt & virtute ardoris, qua mũdum calefacit, exortum: cùm præteritis ante eius creationem diebus nihil omnino caloris habuiſſet. Quòd autem æqualis vniúſque magnitudinis Luna cum Sole cernitur, ex eo fieri dicunt, quòd ille multo longinquior à terris atque altior, quàm Luna incedat. Ideóque magnitudo eius quanta ſit, nequaquam à nobis, qui in terris degimus, valet dignoſci. Omnia enim longiùs poſita, ſolent breuiora videri. Et luminare (inquit) minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli. Quia etſi Lunam omni menſe, & aliquoties ſtellas etiam maiores in die videri contingat, nequaquam tamen eas diei, ſed nocti ſolummodo lucis ſolatium aliquid afferre certiſsimum eſt.

Quare luna Soli æqualis appareat.

Vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras.

Hæc & de luminaribus magnis, & de ſtellis intelligi poſſunt. ea tantùm diſtinctione: vt quod dictum eſt, Et præeſſent diei, ad Solem ſpecialiter: quod ſubiunctum, Et nocti, ad Lunam & ſtellas pertineat. Quòd verò ſubinfertur, Et diuiderent lucem ac tenebras: omnibus æquè conueniat ſideribus. vt quæ, vbicunque incedunt, lucem ſecum circumferunt: vbi autem abſunt, tenebroſa relinquunt cuncta. Sin autem quærat aliquis, quale potuerit eſſe lumen diurnum ante creationem ſiderum: non ab re eſt credi quod tale fuerit, quale videmus quotidie, mane, proximante ſolis ortu, ſed nec dũ terris apparente. quando lucem quidem obtunſis ſtellarum radiis dies, ſed minimè adhuc dicitur Sol ortus, aut refulgẽs. Vnde nulla alia eſſe diſcretio temporum, præter diei Solem & Lunam noctis poterat, meritóque factis ſideribus dictum eſt: Et ſint in ſigna, & tempora, & dies & annos. Cœpere nanque diſcerni temporum vices, ex quo Sol die quarto mundi naſcentis à medio procedens ori-

entis,æquinoctium vernale ſuo conſecra
uit exortu:& quotidianis profectibus ad
alta cœli culmina ſcandendo,rurſúmque
à ſolſtitiali vertice ad infima paulatim
deſcendendo,nec mora ab infimis extre
míſque locis æquinoctialis gyros repe-
tendo,diſcretis temporibus quatuor no-
tiſsimis, diebus præfinitis anni ſpacium
compleuit.Sed Luna veſpere plena appa
ret,eáque in celebrationem Paſchæ ſer-
uanda erant tempora,primo ſuo præfixo
aſcenſu.ipſa enim eſt hora,quam non ſo
lùm antiquus ille populus Dei, ſed &
nos hodie primam in agendo Paſcha ſer
uamus,& cum æquinoctij die tranſcen-
ſo plena veſpere Luna,hoc eſt quartade-
cima in faciem cœli prouiderit. Nam
mox poſt hæc vt dominicus dies aduc-
nerit, aptum hoc celebrandæ reſurre-
ctioni dominicæ tempus inſtabit, com-
pleto ad literam quoque Prophetæ ver-
bo,qui dixit: Fecit Lunam in tempora,
Sol cognouit occaſum ſuum.Stellæ quo- *Pſ.103.*
que , excepto eo quod ſupra diximus,
quia vel ſua ſpecie quæ ſit futura quali-
tas aëris, vel ſuo curſu quota ſit vigilia
noctis oſtendunt, ſunt in ſigna & tempo
ra: quia hæ in cœlum venientes æſtiua

tempora,illæ deſignant hyberna.Sunt & in dies:quia iſtæ vernis diebus Solem, illæ comitantur autumnalibus.Sunt & in annos:quia quæ nunc(verbi gratia)in ę quinoctio verno,matutino oriuntur,ipſæ omnibus annis in eodem æquinoctio in cœli faciem veniunt,quæ nunc in ſolſtitio veſpere vel mane,hæ ſemper in il lo eiſdem horis oriuntur. Sed & quædam ſunt ſtellæ,quas planetas,id eſt errantes, vocant Aſtrologi,quæ maiores annos ſuo circuitu faciunt,quando ad eundem cœli locum redeunt. Nam Stella,quæ Saturni dicitur,triginta annis : quæ Iouis, duodecim annis:quæ Martis,duobus annis fertur ſolaribus:circuitu cœli expleto,ad eadem loca ſiderum,quibus fuerãt antè,rediere. Luna quoque,cùm duodecies ſpacia ſui curſus peregerit, annum facit communem dierum ccclіііј. & vt anno ſolari poſsit concordare circuitus, tertio quoque vel ſecũdo anno,tertiumdecimum addit menſem,quem emboliſmum vocant annum calculatores : & fit dierum trecentorum octoginta & quatuor.

Planetæ.

Planetarũ motus.

Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

Neceſſariò ſancta Scriptura multo-

ties repetit, quòd vidit Deus bona eſſe, quæ fecit:& vt hinc formaretur pietas fidelium, non pro humano ſenſu, qui ſæpè & bonis rebus offenditur, quarum cauſas atque ordinem neſcimus, de creatura viſibili atque inuiſibili iudicare: ſed laudanti Deo crederet, & credere tanto quiſque faciliùs àliquid proficiendo cognoſceret, quanto religioſiùs antequam cognoſceret, deo credidit. Vidit ergo Deus quod eſſent bona, quæ fecit, quoniam facienda placebant vt fierent: facta placuerant, vt manerent, quantùm cuique rei extendi ſiue manendi à tanto fabricatore fuerat conſtituenda menſura.

Factum eſt veſpere & mane dies quartus.

Hæc eſt veſpera illa memoranda, in qua poulus Dei in AEgypto, in celebrationem Paſchæ obtulit agnũ, mane: quod primum poſt excuſſum longæ ſeruitutis iugũ, cœpto libertatis itinere vidit. Scriptum eſt, dicente Domino ad Moſen: Menſis iſte vobis principium menſium, *Exod. 12.* primus erit in mẽſibus anni. Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas, & ſeruabitis

eum vſque ad quartum decimum diem menſis huius, immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperã, &c. Qua etiam veſpera, ad conſummanda Paſchæ legalis ſacramenta, Dominus noſter poſterum agni typici myſteria nobis ſui corporis & ſanguinis celebranda denunciauit, quo luceſcente mane quaſi agnus immaculatus ſuo nos ſanguine redimens, à dæmonicæ dominationis ſeruitute liberauit. Quæ videlicet Lunæ pleniſsimæ dies, in creatione mundi quarta proceſsit. At in tempore dominicæ paſſionis, altiore gratia ſacramenti in quinta ſabbati incidit: vt videlicet Dominus ſexta ſabbati crucifixus, ſabbato ipſo in ſepulchro quieſceret, ac primam ſabbati ſua reſurrectione conſecraret: nobis quoque in ea in qua lux facta eſt, reſurgendi à mortuis, ac lucem perpetuam intrandi fidem ſpémque donaret.

Dixit autem Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram, ſub firmamento cœli.

Poſt ornatam quarta die faciem cœli luminaribus, ornantur cõſequenter quinta inferiores mundi partes, aqua videlicet & aër his, quæ ſpiritu vitæ mouen-

tur, quia & hęc elementa; quadam quaſi cognatione, & ſibi adinuicē & cœlo copulantur. Sibi quidem, naturam aquarū aëris qualitatis proxima eſt: vnde exhalationibus earum pingueſcere probatur, ita vt & nubila cōtrahat, & poſsit volatus auium ſuſtinere, teſtāte Scriptura: Quia ſubito aër cogetur in nubes, & vētus trāſiens fugabit eas. Denique per noctes ſerenas rorat; cuius roris guttæ mane in herbis inueniuntur. Cœlo autem hoc modo iunguntur, quoniam adeò vicinus eſt ei aër iſte, vt & ipſe nonnunquam ei⁹ nomen accipiat. Sicut volatilia cœli cognominat Scriptura, quæ volare conſtat in aëre. Et Dominus ipſe turbis, quia tempus aduentus ſui de virtutum oſtenſione non cognouerant, loquitur dicens: Cùm videbitis nubem orientem ab Occaſu, ſtatim dicitis, nimb⁹ venit, & ita fit: & cū Auſtrum flantem, dicitis, quia ęſtus erit, & ita fit. hypocritæ, faciem terræ & cœli noſtis probare, hoc autem tempus quomodo nō probatis? Vbi certum eſt, quia faciem cœli non aliam, quàm varietatem humidi ſtatim aëris appellat.

Elemētorum inter ſe cognatio

Iob 37.

Gene. 3.

Lucæ 12.

Dixit ergo Deus: Producant aquæ reptilia animæ viuentis, & volatile ſuper ter-

rã ſub firmamẽto cœli. Et ne forte q̃ ſunt aquarũ animantia, quæ non reptãdo, ſed nando, vel pedibus ambulando incedũt: ſed inter volatilia, quæ ita pennas habẽt, vt omni vſu volandi careãt, putaret quiſquã aliquod gen⁹ volatiliũ ſiue aquatiliũ animantium in hoc Domini verbo eſſe prætermiſſum, vigilanter adiungitur.

Creauit Deus cete grandia, & omnem animã viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum.

Nullum igitur genus exceptum eſt, vbi cum cetis grãdibus creata eſt omnis anima viuens, eorum quæ produxerãt aquę in ſpecies diuerſas: hoc eſt in reptilium, in natatilium, & volatilium. ſed eorum, quæ nullo aptè inceſſui, fixa cautibus inhęrent; vt ſunt plurima concharum genera. Quod autem dictum: Et volatile ſuper terrã, ſub firmamẽto cœli: nil rationi veritatis obſiſtit: quia nimirũ, etſi immenſo interiacẽte ſpacio ſub ſidereo tamen cœlo volant aues, que ſupra terram volant. quo modo iam nos homines in terra poſiti, ſub cœlo ac ſole eſſe cõſtituti veraciter & rectè dicimur: atteſtante
Act.2. Scriptura, quæ ait: Quia erãt in Hieruſa-

lem habitantes Iudęi, viri religioſi, ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. &: Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Sanè iuxta *Eccle. 1.* aliam tranſlationem, mouet nonnullos, quod dictũ eſt: Et volatilia, volantia ſecũdum firmamentũ, vel iuxta firmamẽtum cœli. Sed intelligendũ eſt, ꝙ ideo dictum ſit volare aues ſecundum firmamentum cœli, quia hoc nomine & æther indicetur: hoc eſt ſuperius illud aëris ſpacium *Aether.* quod à turbulento hoc & caliginoſo loco, in quo aues volant, vſq; ad aſtra pergit. quod eſſe tranquillũ prorſus, ac luce plenum, non immerito creditur. Nam errantia ſidera ſeptem, quæ in hoc ætheris ſpacio vaga ferri perhibentur, Scriptura in firmamento cœli eſſe poſita dixit. Ideóq; aues rectè dicuntur, ſecundum firmamẽtum cœli volare: quia vicina ſunt, vt ita dixerim, ætheri, turbulenti hæc aëris ſpacia, quę volatus auium ſuſtinent. Nec mirandum, ſi æther firmamentum cœli nominatur, cùm aër appelletur cœlum, vt ſuprà docuimus. Nec prætereundum, quòd cũ creaſſe diceretur deus omnem animam viuentem, additũ eſt: Atq; motabilem: ad diſtinctionẽ videlicet ho

minis,quem factùrus erat ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuã:ita vt ſi eius præcepta ſeruaret,perpetua viueret incommutabi litate beatus. Nam animantia cætera ita ſunt prima mox conditione facta,vt vel alia aliis in alimoniam cederent,vel ipſa ſuo ſenio deficientia perirent

Et vidit Deus quòd eſſet bonum, benedixítque eis dicens:Creſcite & multiplicamini, & re plete aquas maris, auéſque multiplicentur ſuper terram. & factum eſt veſpere & mane dies quintus.

Quod dixit: Creſcite & multiplicamini,& replete aquas maris:ad vtrumq; ge nus animantium,de aquis factorum,hoc eſt,ad piſces pertinet & ad aues. & quia ſicut piſces omnes, nõ niſi in aquis viuere poſſunt:ita ſunt plerę que, quæ etſi in terris aliquãdo requieſcũt,fœtúſque propagant,non tamen de terra,ſed de mari naſcuntur,mariniſque ſedibus libentius quàm terreſtrib⁹ vtũtur. Quod verò ſub iungit, Auéſq; multiplicentur ſuper terram:ad vtrumque genus auium,hoc eſt, & earum quæ de aquis,& earum quę naſcuntur de terra, reſpicit,quia videlicet, etiam illę quę ſine aquis viuere neſciunt aues,ita vt multo ſępè anni tempore ſub

pro

profundo aquarum quomodo piſces lateant,nonnunquam egredi ſuper terram ſolent: maximè cùm fœtant,& nutriūnt pullos.

Dixit quoque Deus:Producat terra animam viuentem in genere ſuo,iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. factúmque ita.

Poſt irradiatum ſideribus cœlum, poſt impletū volatilibus aërē (qui ob viciniā cœli nomen meruit)& poſt locupletatas ſuis animātibꝰ aquas,quę & ipſę aëri ſunt magna naturę vicinia cōiūctę(vnde & de illis ſumpſit animātia,de illis imbres, niues,grādines,& cętera ſumit huiuſmodi) cōſequēs erat,ſuis animātibus,hoc eſt ex ſe genitis impleri.Nā & ipſa pręcipuam habet cognationem cum aquis , vt pote quæ ſine harū ſucco & irrigatione non ſolùm fructificare,ſed & nec ipſa cōſiſtere poſsit,Petro atteſtante,qui ait: Quia cœli erant prius,& terra de aqua & ꝑ aquā cōſiſtens Dei verbo.Iubet ergo producere Deus terrā iumenta & reptilia,& beſtias terrę. Quia vero nomine beſtiarū,omne quicquid ore vel vnguibus ſęuit,exceptis ſerpentibus,conſtat eſſe comprehenſum;in nomine autem reptiliū terrę,

Cœlum pro aëre.

1. *Pet.* 3.

& ſerpentes continentur: nomina verò iumentorũ, ea quæ in vſu ſunt hominũ, animalia deſignant. vbi verò cõditio deſcribitur cęterorũ quadrupedũ: verbi gratia, ceruorũ, caprorũ, bubalorũ & aprorũ, cęterorũque huiuſmodi: niſi fortè ob ferocitatẽ indomitæ mentis inter beſtias eſſe adnumerata dixerimus, iuxta antiquã ſanè trãſlationem, in qua ſcriptum eſt: Eiiciat terra animam viuam, ſecundũ genus, quadrupedia & reptilia, & beſtias terræ, iuxta ſpecies ſuas: nihil omnino q̃ſtiõis eſt, quia videlicet nomine quadrupedum cuncta comprehenſa, quæ exceptis beſtiis & reptilibus terra produxit, ſiue ſub cura humana, ſeu quæ ſunt fera & agreſtia.

Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo.

Notanda tranſmutatio verborũ, qua ſuprà dictũ eſt, ꝙ producere iuſſerit Deus terrã iumenta, & reptilia, & beſtias terrę: nunc autem mutato ordine, feciſſe dicitur Deus beſtias terræ, & iumenta, & omne reptile terræ. & intelligendum, quia dicto citius omnia quę voluit fecit: nihilque differt, quid loquela humana prius in

creaturarũ ordine nominet,quas diuina potẽtia condidit ſimul cunctas. Cũ autẽ ſequitur: Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum. Queritur meritò,quare non & hîc addatur illud,quoc dictũ eſt de eis, quæ aquæ produxerant,animantibus: Benedixítque eis dicens,Creſcite & multiplicamini,& replete terrã. àn fortè ꝙ de prima creatura animę viuentis dictũ à Deo cõmendauerit,etiã de ſecunda nobis ſubintelligendũ reliquit.? & maximè, quia in huius diei operibus plura erat alia ſubiũcturus. Porrò de homine facto hoc neceſſariò iterare curauit,dicẽs:Benedixítque illis De⁹,& ait:Creſcite & multiplicamini,& replete terram. Ne quis honorabili cõnubio ineſſe peccatũ, thorúmque fœditati ac fornicationi putaret cõparandũ. Facta autẽ atq; ornata habitatione mundana,ſupererat vt ipſe etiã,propter quem omnia parabãtur, habitator ac dominus rerum homo crearetur. Sequitur ergo.

Et ait: Faciamus hominem ad ſimilitudinem & imaginem noſtram.

Nunc apparet euidẽtiùs,quare de creatis herbis & arboribus,piſcibus & volatilibus,terreſtribus quoq; animãtibus dictum ſit,vt fierent ſingula iuxta genus & *Hominis creatio.*

ſpecies ſuas. Prçuiderat enim futuram eius creationem, qui non ſolùm ſuo generi ſimilitudine congrueret rectè, & ſpecie: ſed ad imaginem ſui Creatoris ac ſimilitudinem fieret. cuius nobilitati creationis & hoc teſtimonium eſt, quod non ſicut in cæteris creaturis: dixit autē de⁹, Fiat homo: & factus eſt homo. vel, Producat terra hoīem: & ꝑduxit terra hominem. ſed priuſquam fieret, Faciamus dicit: vt videlicet, quia rationalis creatura credebatur, quaſi cum conſilio facta videretur. Et quaſi per ſtudium de terra plaſmatur, & inſpiratione Conditoris in virtute ſpiritus vitalis erigitur. vt ſcilicet non per iuſſionis vocem, ſed per dignitatem operationis exiſteret, & quia ad cōditoris imaginem fiebat. Cùm autem dicit: Faciamus ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: vnitas ſanctæ Trinitatis apertè cōmendatur. Siquidem ad ea indiuidua Trinitas in prçcedente rerum formatione myſticè erat inſinuata. quando dicebat: Et dixit Deus, fiat: & fecit deus, & vidit Deus quòd eſſet bonū. Nunc autem manifeſtiùs hçc ipſa inſinuatur, cùm dicit: Faciamus hominem ad imaginē & ſimilitudinē noſtram. Et rectè, quia do-

Trinitatis vnitas.

nec is qui diceret non erat, in profundo fuit abdita prædicatio deitatis. Vbi verò cœpit hominis expectati creatio, reuelatur fides, & euidenter doctrina veritatis emicuit. Ideo enim quod dicit, Faciamus, vna oſtenditur trium operatio perſonarum. In eo verò quod ſequitur, Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vna & ęqualis ſubſtantia eiuſdem trinitatis indicatur. Quomodo enim vna eſſet ſimilitudo & imago, ſi minor patre filius, ſi minor eſſet filio ſpiritus ſanctus? & ſi non conſubſtantialis eiuſdem poteſtatis eſſet gloria totius Trinitatis? Aut quomodo diceretur, Faciamus: ſi triũ in vna deitate cooperatrix virtus non eſſet? Neque enim angelus à Deo dici poterat, Faciamus ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram: quia nulla prorſus ratio ſinit, vt dei & angelorum vnã eſſe eandémque imaginem ſiue ſimilitudinem credamus. In quo autem ſit homo factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, teſtatur Apoſtolus, cùm nos ſolerter admoneat, vt hanc, quam in primo parente ꝑdidimus, ꝑ gratiam eiuſdem Conditoris recuperemus in nobis: Renouamini, inquit, ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum homi-

Dei & angelorũ non eadem imago.

minem,qui ſecundum deum creatus eſt, in iuſtitia,ſanctitate, & veritate.Creatus eſt ergo Adam nouus homo de terra, ſecundum Deum,vt eſſet iuſt⁹,ſanctus,verus,ſubditus, & humiliter adhęrens gratię ſui conditoris:qui ęternaliter ac perfectè iuſtus,ſanct⁹,verus exiſtit.qui quoniam pulcherrimam hanc nouitatem in ſe diuinæ imaginis peccando corrupit, corruptámq; ex ſe proſapiã generis humani procreauit: venit ſecundus Adam, id eſt Dominus ipſe, Conditor noſter, natus ex virgine,creatus incorruptibiliter atque incommutabiliter ad imaginẽ Dei:id eſt,immunis omnis delicti, & plenus omnis gratiæ & veritatis: vt imaginem ſuam in nobis ac ſimilitudinẽ exẽplis ſuis reſtauraret,& donis. Ipſe eſt enim nouus homo,ſecundum Deum veraciter creatus. quia nimirum ita de Adã veram carnis ſubſtantiam ſumpſit, vt nihil de illo vitij ſordentis traheret. Cuius exempla pro captu noſtro ſequi, cuius adhęrere donis,cuius obtemperare mandatis,hoc eſt imaginem Dei,quam in veteri homine perdidimus, recuperare in nouo. Non ergo ſecundum corpus,ſed ſecundũ intellectum mentis,ad imaginẽ

Chbiſtus ſecundus Adam.

Dei creatus eſt homo.quanquam & in i-
pſo corpore quandam proprietatem ha- *Quomodo*
beat,quæ hoc indicet,ꝙ erecta ſtatura fa *ad dei imagi-*
ctus eſt: vt hoc ipſo admoneretur,nõ eſſe *nē crea-*
ſibi terrena ſectãda,velut pecora, quorũ *tus homo*
voluptas omnis ex terra eſt : vnde in al-
uum cuncta prona atque proſtrata ſunt.
Iuxta quod quidam Poëtarum pulcher-
rimè,ac veriſsimè dixit.
Pronáq; cũ ſpectent animalia cætera ter *Ouid.*
ram,Os homini ſublime dedit,cœlúmq; *met. lib. 1*
videre.Iuſsit,& erectos ad ſidera tollere
vultus.Congruit ergo corpus animę ra-
tionali;non ſecundum liniamenta figu-
ráſque membrorum,ſed potius ſecundũ
id quod in cœlum erectum eſt, ad intuẽ-
da quę in corpore ipſius mundi ſuperna
ſunt: ſicut anima rationalis in ea debet
erigi,quę in ſpiritualibus*nata maximè *natura*
excellunt,vt quę ſurſum ſunt ſapiat,non
quę ſuper terram.Bene autem additur.

Et præſit piſcibus maris & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omníque reptili quod mouetur in terra.

Quia nimirũ in hoc maximè factus eſt
homo ad imaginem Dei,in quo irratio-
nalib⁹ animãtibus antecellit,capax vide-
licet rationis cõditus:per quam & creata

quæque in mundo rectè gubernare, & eius qui cuncta creauit, poſſet agnitione perfrui. In quo honore poſitus, ſi non intellexerit vt bene agat, eiſdem animãtibus inſenſatis, quibus prælatus eſt, comparabitur: ſicut & Pſalmiſta teſtatur.

Et creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum.

Quod prius dixerat ad imaginem ſuã: confirmationis gratia geminauit, addendo, Ad imaginẽ Dei creauit illum. vt diligẽtius inculcaret nobis, quales à Deo facti ſumus: & ſpem recipiẽdæ Dei imaginis, arcti' mẽtib' noſtris infigeret. ne qui imagine Dei ambulamus, vanè cõturbemur, theſaurizantes in incerto diuitiarũ: ſed expectemus potius Deum, ſitientes, quando veniamus & compareamus ante faciem Dei. Quia cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Quod autem dicitur, Ad imaginem Dei creauit illum: cùm ſuperius dictum ſit, Faciamus hominem ad imaginem noſtram: ſignificat, quòd non id agat illa pluralitas perſonarum, vt plures deos credamus, ſcilicet patrem & filium & ſpiritum ſanctũ: propter quam Trinitatem dictum eſt, Ad imaginem Dei.

Maſculum & fœminam creauit eos.

Plenius in ſequentibus, vnde, & quomodo protoplaſtos fecerit Deus, exprimitur. Sed nũc breuitatis cauſa creati referuntur, vt ſexti diei operatio, ac ſeptimi dedicatio, cum cæteris explicetur: ac ſic ex tempore liberius, & hoc, & alia prę termiſſa, quæ erant relatu digna dicantur. Maſculum autem vnum, & fœminam creauit Deus vnam in primis: non vt animãtia cætera, quæ in ſingulis generibus non ſingula, ſed plura creauit. vt per hæc humanum genus arctiore adinuicem copula charitatis perſtringeret, quòd ſe ex vno totum parente ortum eſſe meminiſſet. Cuius cauſa vnionis Scriptura ſacra cùm dixiſſet, Et creauit De⁹ hominem, ad imaginem Dei creauit illum: ſtatímque ſubiungeret, Maſculum & fœminam creauit eos: noluit addere, Ad imaginem Dei creauit eos. Et fœmina enim ad imaginem dei creata eſt, ſecundum id quòd & ipſa habet mentem rationalem. Sed addendum, hoc de illa non poſuit Scriptura, quod propter vnitatem coniunctionis & in illa intelligendũ reliquit: imò in omni, quod de his ortũ eſt, genere humano intelligendũ eſſe

ſignificauit. Omnis enim homo & nunc inquantũ ratione vtitur, imaginem Dei in ſe habet. Vnde dicit Ioannes: Erat au-
Ioan. 1. tem lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ipſum enim eſt lumen, de quo Pſalmiſta
Pſal. 4. gloriatur, Domino dicens: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Et quidem aptè hoc in loco maſculus & fœmina creati eſſe cõmemorantur. tametſi modus eiuſdem creationis necdum referatur, vt videlicet habeat locum congruum ſermo diuinæ benedictionis, de quo ſubditur:

Benedixítque illis, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam.

Hæc enim multiplicatio hominum, & repletio terræ, non niſi per coniunctionem erat maris & fœminæ perficienda. Si autem benedictione Dei creſcit & multiplicatur genus humanum, ecquãta ſint maledictione digni, qui prohibent nubere, & diſpoſitionem cœleſtis decre-
Matrimoniũ à Deo inſtitutũ. ti quaſi à diabolo compertam condemnant? Non ergo damnandæ ſunt nuptiæ, quas ad propagationẽ generis humani, terrámque replendam, ſupernæ gratia

benedictionis inſtituit. Sed magis honoranda, maioréque eſt digna benedictione virginitas: quæ poſtquam impleta eſt terra hominibus, caſta mẽte ſimul & corpore agnum quocunque ierit, id eſt Dominum Ieſum in cœleſtibus ſequi, & cãticum nouum, quod nemo alius poteſt, ei cantare deſiderat. Deus nanque ac Dominus noſter, qui in primordio mundi naſcentis, fœminam ex viri latere formauit, vt mutua illorum coniunctione terram eſſe implendam doceret: ipſe in fine ſeculi aſſumpſit virum de carne virginis, omnis contagionis expertem, & tota diuinitatis plenitudine perfectum, vt virginitatis ſe gloriam potius quàm nuptias diligere probaret. *Virginitas.*

Et dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus ſuper terram.

Meritò quæritur, in qua vtilitate homo dominatum in piſces, & volucres, & animantia terræ cũcta perceperit: vel ad quos vſus, quæve ſolatia ſint hæc creata homini, ſi nunquam peccaret: cui, ſicut ſequentia Scripturæ huius declarant, non hæc ad eſcam, ſed herbarum ſolùm, & arborum ſunt fructus in prima conditione

conceſſa.ni fortè dicendum eſt,quia peccaturum præſciebat Deus hominem, & mortalem peccando futurum,quem immortalem ipſe creauit.Ideóque ea illi ſocia primordialiter inſtituit,quibus ſuam mortalitatem fragilis poſſet tueri,vel alimētum videlicet ex his, vel indumentũ, vel laborum,vel itineris habens adiumētum. Nec quæſitu indignũ eſt,quare non & nunc cũctis homo dominetur animãtibus:poſtquam cùm ipſe ſuo Conditori ſubiectus eſſe noluit,perdidit dominium eorũ,quæ ſuo Cõditori iuri ſubiecerat. Denique in teſtimonium primæ creationis,legim⁹ viris ſanctis,& humiliter deo ſeruientibus,& aues obſequiũ prębuiſſe, & rictus ceſſiſſe beſtiarum & venenum nocere non potuiſſe ſerpentium.

Dixítque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam,afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna,quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui,vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ,omníque volucri, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens,vt habeat ad veſcendum.

Iam hîc patet, quòd ante reatum ho-

minis nihil noxium terra protulit,& nullamherbam venenatam, & nullam arborem ſterilem:cùm manifeſtè dictum ſit, quòd omnis herba,& vniuerſa ligna data ſint hominibus,& volatilibus terræ,omnibúſque animantibus in eſcam. Patet, quia nec ipſę aues raptu infirmorum alitũ viuebant, & nec lupus inſidias explorabat ouilia circum,& nec ſerpẽti puluis panis eius erat:ſed vniuerſa concorditer herbis virentibus,ac fructibus veſcebantur arborũ.Sanè inter hæc non prætereunda naſcitur quæſtio,quomodo & immortalis ſit factus homo prę aliis animãtibus, & nihilominus acceperit communiter terrenam cũ illis alimoniã? In qua intuẽdum nobis eſt,quia alia eſt immortalitas carnis,quam in prima conditione in Adam accepimus:& alia,quam nos in reſurrectione per Chriſtum acceptu-ros eſſe ſperamus. Ita quippe immortalis factus eſt ipſe, vt poſſet non mori, ſi non peccaret: ſi autem peccaret, moreretur.Ita verò immortales erũt filij reſurrectionis,cũ erunt æquales angelis Dei: vt nec mori vltrà, nec peccare poſſint. Ideoque caro noſtra poſt reſurrectionẽ nulla eget refectione ciborum, quia nul

la ei ſuppetit à fame, vel laſſitudine, vel alia qualibet infirmitate defectio. Caro autem Adæ ante peccatum ita eſt immortalis creata, vt adminiculis adiuta temporis alimoniæ, mortis expers ac doloris exiſteret, donec corporalibus incrementis ad illam vſque perductus ętatem, quę Conditori placeret: tūc creata progenie multa huiuſmodi iam iubente ipſo, ſumeret & de ligno vitæ, & perfectè immortalis effectus, ſuſtentacula ſibi corporalis vlteri⁹ nulla requireret. Sic ergo immortalis & incorruptibilis eſt cōdita caro primorum hominū, vt eandem ſuam immortalitatem atque incorruptibilitatem per obſeruantiam mandatorum Dei cuſtodirent. In quibus mandatis erat, vt de lignis paradiſi conceſſi veſcerentur, interdicti autem ſe eſu temperarent, per horum edulium inditę ſibi immortalitatis dona conſeruarent: in illius tactu ruinam mortis inuenirent. Sic verò incorruptibilis & immortalis in fine erit caro noſtra, vt ad ſimilitudinem angelicæ ſublimitatis in eodem ſemper ſtatu ꝑmaneat: neque cibis corporalib⁹ (quippe qui in vita ſpirituali nulli erāt) egere poſsit. Nam quòd angeli cum pa-

triarchis manducaſſe leguntur, non indigentiæ cauſa, ſed benignitatis agebant: vt videlicet hæc agendo, dulciùs hominibus, quibus apparebant, congruerent. Dominus quoque poſt reſurrectionem manducauit cum diſcipulis, vt ſeueram poſt mortem recepiſſe carnem monſtraret.

Et factum eſt ita.

Id eſt, vt dominaretur homo cunctis, quæ in terra vel aqua creata ſunt: & vt facultatem poteſtatemque edendi de fructibus terræ, cum volatilibus cœli & animantibus perciperet.

Viditque Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona.

Quia de ſingulis Dei operibus ſigillatim fuerat dictum, quòd videret ea eſſe bona, rectè in concluſione perfectis omnibus poſitum eſt, cum additamento: Quia vidit cuncta quę fecit, & erant valde bona. Sed quæritur meritò, quare de homine facto non ſit adiunctum ſigillatim: Et vidit deus quòd eſſet bonum: ſed ipſius magis factura inter cætera vniuerſaliter laudanda reſeruet. An quia præſciebat Deus hominem peccaturum, nec in ſuæ imaginis perfectione manſurum?

Non ſigillatim, ſed cum cæteris eum dicere voluit bonum, velut intimari, quod eſſet futurum. Homo ergo ante peccatũ, & in ſuo vtique genere bonus erat. Sed Scriptura prætermiſit hoc dicere, vt optimus Conditor, peccantium verò iuſtiſsimus ordinator eſt. vt etſi qua ſigillatim fiunt delinquendo de forma ſemper, tamen cum eis vniuerſitas pulchra ſit.

Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

Senarius numerus perfectus.

Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Senarium numerũ conſtat eſſe perfectum, quia primus ſuis partibus impletur. ſexta videlicet, quod eſt vnum: & tertia, quæ ſunt duo: & dimidia, quæ ſunt tria. Vnum enim, & duo, & tria, ſex faciunt. Quale in nonadibus numeris nuſquam præter hic inuenies. Sed neque in decadibus, pręter viceſimum & octauum numerum. Sex ergo diebus perfecit deus omne ornamentũ cœli & terræ: vt qui omnia in menſura & numero & pondere conſtituit, ipſo etiã numero, in quo operabatur, ſua opera doceret eſſe perfecta.

Cap. II. *Compleuítque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.*

In

In alia tranſlatione dicitur, Quia conſummauit Deus in die ſexto opera ſua, quæ fecerat. quod nihil omnino quæſtionis adfert: quia manifeſta deſcriptione, quæ in eo ſunt facta, declarãtur. Sed meritò quæritur, quomodo noſtra æditio, quæ de Hebraicæ veritatis fonte deſcẽdit, compleuiſſe deũ in die ſeptimo dicat opus ſuum quod fecerat, in quo nihil nouum creaſſe commemorat? Niſi fortè ipſum diem ſeptimũ nunc eũ feciſſe, atq; in eius factura opus ſuũ compleuiſſe dixerimus. Quòd eo facto menſuram numerúmque conſummauerit, dierum: quo circuitu omnia dehinc ſecula ad finẽ vſque percurrent. Nam in reuelatione tẽporum, octauus idem & qui primus computatur dies. Cõpleuit die ſeptimo deus opus ſuum quod fecerat, quia dierum quos fecerat ſummam in eo terminauit. Addito ipſo ſeptimo, quem ſabbatum dici & eſſe voluit, eo quòd eũ myſtica præ cæteris benedictione & ſanctificatione donaret, vt ſequentia docent. Vnde & conſummationis ſeculi, quia poſt ſeptimam ſabbati ventura eſt octaua, in Scripturis nuncupatur: videlicet quam ſeptem ſoli præceſſerint. Dictum eſt in ti

tulo Pſalmi in finem, in hymnis pro o-
ctaua pſalmus Dauid,quod de die iudicij
ſcriptum totum ſequentis pſalmi textus
Pſal.6. docet,in quo iram venturi iudicis timẽs
Propheta, exclamat: Domine ne in ira
tua,&c.Sic & dies dominicæ reſurrectio
nis,cùm poſt tot dierum millia ventura
eſſet:octaua tamen & ipſa dicta eſt, in ti
tulo alterius Pſalmi.quia nimirum ſepti
mam ſequebatur, vt ſeptimanæ ſequen-
tis prima exiſteret , id eſt eadem ipſa,in
qua,in principio dixit Deus: Fiat lux: &
facta eſt lux.Quem quidem pſalmum de
Pſal.11. reſurrectione dominica ſcriptum pro-
bat ipſe,qui in eo loquitur dicens: Pro-
pter miſeriam inopum, & gemitum pau
perum nunc exurgam, dicit Dominus.
Poteſt autem rectè accipi, cõpleuiſſe die
ſe t moDeum opus ſuum,quod fecerat:
&in eo,quòd ipſum diem benedixit , &
ſanctificauit. neque enim nullum opus
eſt benedictio,& ſanctificatio.NequeSo
lomon nil operis feciſſe dicẽdus eſt , cũ
templum quod fecerat dedicauit, immo
eximium Dei opus eſt;cùm ea quæ fecit
benedictione ac ſanctificatione æterna
glorificat. Denique de hoc opere, quod
in æterno die ſabbati facit , dicit ipſe in

parabolis fidelium ſeruorum: Amē dico vobis, quòd prçcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & trāſiens miniſtrabit illis. Qui præcinget enim ſe, qui diſcubitum præparat, qui tranſit, qui miniſtrat, vtique operatur. Sed his tamen verbis omnibus nihil aliud intimatur, quàm quòd ſāctos ſuos Dominus in æternum benedicit & ſanctificat: id eſt, iuſsionis ſuę gloria poſt opera bona quæ donauit remunerat. *Luc. 12.*

Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere ſuo quod patrarat.

Non quaſi laſſus ex nimio labore, die ſeptimo ab vniuerſo opere ſuo quod patrarat Deus, inſtar humanæ fragilitatis, completa mundi fabrica requieuit: ſed requieuiſſe ab vniuerſo opere ſuo dicitur, quia nouā creaturam vltrà inſtituere ceſſauit. Solet nanque Scriptura ſæpè requietis nomine, ceſſationem operis ſiue ſermonis indicare, ſicut in Apocalypſi de ſanctis animalibus: Et requiē, inquit, non habebant die ac nocte, dicentia: Sāctus, Sāctus, Sāctus, Dominus Deus omnipotens. pro eo vt diceret, non ceſſabāt hæc ſemper decantare. Nam maxima & vnica ſanctis eſt requies, in cælo laudē *Apoc. 4.*

catione, quã populo ſuo in lege plenius intimauit dicens: Memẽto, vt diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: ſeptimo autẽ die, ſabbatum Domini Dei tui eſt, non facies omne opus in eo. Et paulò poſt: Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſũt. & requieuit in die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum. Quæ profectò benedictio & ſanctificatio diei ſeptimi, in typũ maioris benedictionis ac ſanctificationis facta eſt. Nã ſicut per crebras, imò quotidianas in lege victimas, ſanguis dominicæ paſsionis, qui ſemel erat pro ſalute mundi effundendus, ſignabatur: ita & per requiem diei ſabbati, quæ poſt opera ſex dierum ſemper celebrari ſolebat, pręfigurabatur magnus ille dies ſabbati, in quo Domin⁹ ſemel in ſepulchro erat requieturus, completis ac perfectis in die ſexto omnibus operibus ſuis, quibus mundum quem die ſexto perfecerat, iam perditum reſtaurabat: & in quo ſeptimo die quaſi antiqui recolens operis, aperto ſermone declarauit, ſaluationem ſe iã mun *Exod. 2*

di perfeciſſe. Cùm enim accepiſſet acetū
Ioan.19. dixit: Cōſummatum eſt: & inclinato capite, tradidit ſpiritum. Sed & hoc ſanctificatio ac benedictio ſeptimi diei, & requies illa Dei, poſt opera ſua valde bona deſignauit: quòd & nos ſinguli poſt opera bona, quæ in nobis ipſe operatur, & velle & perficere, ad requiem intendimus vitæ cœleſtis, in qua ęterna eius ſanctificatione & benedictione perfruamur. Vnde bene idem dies ſeptimus, veſperā habuiſſe non ſcribitur: quia nimirum perpetuam noſtram in illo requiem ſignat. Et benedixit, inquit, diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere, quod creauit Deus vt faceret: id eſt, completo mundi ornatu, ceſſauerat ab inſtituendis vltrà nouis rerum generibus. Neque huic ſententiæ contrarium debet illud æſtimari, quod in Euangelio dicit ipſe: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. reſpondens videlicet eis, qui propter re-
Ioan.5. quiem Dei, ſcripturæ huius authoritate antiquitus commendatam, ſabbatum ab eo non ſeruari quærebantur. Ceſſauerat enim die ſeptimo à conden-

dis generibus creaturæ, quia vltrà iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vſque nunc operatur, eorundem generum adminiſtrationem, quæ nunc inſtituta ſunt: non vt ipſo ſaltem die ſeptimo potentia eius à cœli & terræ omniúmque rerum quas condiderat gubernatione ceſſaret, alioquin cõtinuò dilaberentur. Hucuſque de primordio mundi, iuxta ſenſum literæ, dixiſſe ſufficiat. Libet autem paucis intimare, vt & ſex illorum, ſiue ſeptem dierum, in quibus mundus factus eſt, totidem eius ætatibus conueniat. Primus nanque dies, in quo dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux: primę ætati congruit, in cuius initio mundus idem factus, & homo in deliciis Paradiſi voluptatis poſitus eſt. vbi præſente gratia ſui cõditoris malorum omnium liber ac neſcius frueretur. Sed hic dies ad veſperam iam cœpit declinare, cùm protoplaſti peccando fœlicitatem patriæ cœleſtis perdiderunt, atque in hanc conuallem lachrymarum dimiſsi ſunt. Quod & ſignificatum eſt hora tẽporis illius, cùm Adam poſt culpam pręuaricationis audiuit Dominum de-

ambulantem in Paradiſo,ad auram poſt
Gene.3. meridiem. Deambulauit quippe Dominus, vt ſe ab homine,in cuius corde quietus manſerat,receſsiſſe ſignaret. & hoc ad auram poſt meridiem, vt lucem in ſe homo diuinæ cognitionis, feruorémque dilectionis minoratam eſſe cognoſceret.Plena autem veſpera diei huius aduenit, cùm crebreſcentibus vitiis humani generis,corrupta eſt omnis terra coram deo,vt iniquitate repleta,à deo
Gene.6. deleri diluuio omnis caro, præter quos clauſerat arca,mereretur. Secundo die
II. factum firmamentum,in medio aquarũ: & ſecunda ætate ſeculi,arca, in qua reliquiæ generis humani, & ſemen(vt ita dixerim)ſequentium ſeruabatur ætatum, poſita eſt in medio aquarum,quas certatim hinc rupti fontes,omnes abyſſi,inde apertæ cœli cataractæ fundebant.Sed &
Gen.7. hic inclinatus eſt ad veſperam dies, cùm ſe nationes, oblitæ maximè vel iræ vel miſericordiæ Dei,contuliſſent ad ædificandam ſuperbiæ turrem. Plenam veró accepit veſperam,quãdo confuſione lin
Gene.11. guarũ humani generis eſt ſocietas diſciſ
III. ſa. Tertio die confluentibus in loca ſua

aquis,arida apparuit terra : & mox herbis virẽtibus,ac frondentibus eſt veſtita nemoribus.ætatis initio tertiæ,ſeparatis in loca ſua gentibus idololatris,quarum error inſtabilis,& vanis ſimulachrorum doctrinis,tanquam ventis omnibus mobilis,maris nomine ſignificatur:ſemẽ patriarcharum ab eorum ſocietate diremptum eſt,ac ſpirituali fruge fœcundatũ, dicente Domino ad Abraham : Exi de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,in terram quam monſtrauero tibi,faciámq; te in gentem magnã: & benedicam tibi,&c.vſquedum ait: In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.In qua videlicet gente diſcreti ordines fidelium,quaſi herbæ virentes , & arbores pomiferæ,ex vna eadémq; terra prodibant,ſuſcipientes imbrem cœleſtẽ diuinorũ eloquiorũ. Verùm hic quoque ad veſperam vergere cœpit dies,cùm eadem gens Iſraëlitica,& fidem patriarcharum,& ceræmonias datæ ſibi legis negligens,exterarum gẽtium eſt polluta ſceleribus,& ſeruitio depreſſa eſt. Superuenit iam veſpera , quando ipſa gens vnà cum rege, quem ſibi neglecto Deo ele- *Gene.12.*

geratı alienigenarũ eſt gladio maxima ex parte deleta. Quarto die cœlum lu-
IIII. minaria accepit. & quarta ætate præfat⁹ Dei populus noua eſt factus claritate cõſpicuus, per imperiũ Dauid, & Solomonis, aliorum quoque regũ, Deo authore regnãtium, per nobiliſsimum illud quod Solomon Deo condidit templum: per inſignia prophetarum, quæ cunctis regum eorundẽ non deſtitere florere temporibus: pérque illud maximè, quòd primo ac pręeminentiſsimo regum ſibi placentiũ iurauit dominus dicẽs: De fructu vẽtris tui ponã ſuper ſedem tuam. Verũ & hic ad veſperã dies inclinari cœpit, cũ poſtmodũ & reges iidẽ, & populi, templũ legéſque Dei ſpernẽtes, vaſtati ac dilacerati ſunt ab hoſtibus. Grauiſsima verò ei non ſolũ veſpera, ſed & nox ſuccedit: cùm totũ illud regnũ euerſũm, templũ incenſum, populus eſt in Babyloniã captiuus omnis abductus. Quinto die produxerũt aquæ reptilia animarũ viuẽtiũ, & volatilia volãtia ſuper terram, ſub firmamẽto cœli. Et quinta ętate creuerũt filij trãſmigrationis, & multiplicati ſunt in Babylone, quę ſæpè aquarum nomine

deſignatur. quorũ plurimi,id eſt quaſi in aquis piſces,reſedere. E quibus tamen erant nonnulli,qui velut cœti magni,dominari magis fluctibus ſeculi,quàm ſeruire ſtuduerunt:quia nullo terrore ad idololatriã deprauari potuerũt. alij ſoluta captiuitate,quaſi acceptis pẽnis libertatis,ad terram Iſraël reuerſi ſunt,& inſtar volatilium tota intentione cœleſtia petebant:ita vt& templum ac ciuitatẽ Dei reædificare,legẽ quoque eius ſumma inſtantia reſtaurare niterentur. Sed appropiabat veſpera, cũ poſt modũ inter alias ſcelerum tenebras,&domeſticis contra ſe inuicẽ diſsidere cõflictibus,patriçque in Romanis ipſi fuere proditores. quę vt aduenit,eos nõ ſolùm tributarios effecit: ſed & alienigenæ regis, qui contigiſſet, imperio ſubdi. Sexto die terra iumenta,beſtias, & reptilia produxit. quo die creauit Deus hominem primum Adam, ad imaginem ſuam:ac de latere eius dormientis fœminam creauit,Euam. Sexta ætate ſeculi, inter multos reprobos, qui meritò ſerpentibus comparari poterant, ac beſtiis,propter ſæuitiam, & quia toto animo terreſtribus inhærerent curis,vel

illecebris:nati ſunt & ſancti in plebe dei perplures, qui ad ſimilitudinem mundo rum animalium verbumDei ruminare, veræ gloriam diſcretionis in via tenere bonæ operationis, & iugum diuinæ legis portare,& de velleribus operum ſuorum calefacere nouerunt. Quorum in Euangelio vtrorumque mentio eſt idonea. Inter quos ſecundus Adam, mediator videlicet dei & hominũ, in quo tanta plenitudo erat imaginis dei in mũdo apparuit,& de latere eius dormiens exiuit ſangnis & aqua. De quibus ſacramentis,naſcitur ac nutritur eccleſia : quæ eſt mater omnium per orbem vera vita viuentium,quod Euæ nomen ſonat. Vnde de eiſdem ſacramentis dicit ipſe Dominus: Qui manducat carnem meam,& bibit meum ſanguinem,habet vitam æternam. Cuius diei veſperam,iam nunc appropinquare cernimus:&cùm abũdante per omnia iniquitate, refrigeſcet charitas multorum:adueniet autem multo tenebroſior cæteris,cum apparente homine peccati,filio iniquitatis,qui extollitur atque eleuatur ſuper omne quod dicitur deus,aut quod colitur:tanta fuerit tri

Adam ſecundus dei & hominũ mediator. Eccleſiæ ſacramenta.

Ioan. 6.

Mat.24.

2.Theſ.2.

bulatio, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. & ſubſequēte ſtatim hora vniuerſalis iudicij, de qua ſcriptum eſt: Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Septimo die requieuit deus ab omnibus operibus ſuis, & ſanctificauit illum, & ſeptima eſt ætas ꝑpetuæ quietis in alia vita, & in qua requieſcit Deus cum ſanctis ſuis in ęternum: poſt opera bona, quæ oꝑatur in eis per ſex huius ſeculi ætates. Hęc autem ętas, ſummæ pacis & quietis in deo quidē eſt, & erit ſempiterna. Sed hominibus tūc cœpit, cùm protomartyr Abel corpore quidem ſedē ſepulchri, anima verò gaudium vitæ perennis intrauit, vbi vidit requieſcentem pauperem diues ille, cùm apud inferos ipſe torqueretur. Perſeuerabit autem hic ſabbatiſmus animarū ſanctarum, vſque ad finem ſeculi, & cùm vltima ætas ſeculi poſt veſperam ſuam, de qua præfati ſumus, finem interfecto per dominum noſtrū Ieſum Antichriſto perceperit. tunc & ipſe ſabbatiſmus maiori benedictione ac ſanctificatione, reſurgentibus ad vitam perpetuam corporib⁹ donatur. Et ideo bene ſeptimæ diei veſ-

Mat. 24.

Lucæ. 18.

VII.

Gene. 4.

pera ſucceſsione non legitur, quia triſtitiam, qua terminetur, ſeptima ætas nullā habebit. Quin potiùs ampliore lætitia, vt diximus, octauæ ætatis perficitur: illis videlicet, quibus gloria reſurrectionis tunc incipiens, cùm hæc tota vita tranſierit, nullo vnquam fine, nulla rerum viciſſitudine à contemplando dei vultu tranſmutabitur.

Iunilij Epiſcopi Africani in priora Geneſeos Commentarij

FINIS.

ANTIKEI-

MENΩN (HOC EST, contrariorum ſiue contra poſitorum) Liber primus.

Quæſtiones ex vtroque teſtamento in ſpeciem pugnantes, earúmque dilucidas ſolutiones, ſuccinctim comprehendens.

Ex libro Geneſeos.

INTERROGATIO I.

C*VM in geneſi ſeptem primi dies legantur, per quos Deus vniuerſam creationem perfecit, iuxta quod ſcriptum eſt, Et requieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo: quomodo ecõtra ibi poſt aliqua, vnus dies tãtùm legitur, in quo vniuerſa mundana conditio ſit creata? Dicit enim: Iſtæ generationes cœli, & terræ quãdo creatæ ſunt, in die quo fecit dominus cœlũ & terrã, & oẽ virgultum agri, & cætera.*

Gene. 2. *Gene. 2.*

RESPONSIO.

Qui ſuperius per dies ſingulos condita oĩa retulit, qualiter ſimul omnia vno die creata ſubiunxit, niſi vt liquidò oſtenderet, quòd creatura omnis ſimul per ſubſtantiam extitit, ſed non ſimul per ſpeciẽ proceſsit? Rerum quippe origo ſimul creata, ſed ſimul ſpecies formata non eſt: & quod ſimul extitit per ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſubſtantiã formæ. Cùm enim ſimul factum cœlum & terra dicitur, ſimul ſpiritualia & corporalia, ſimul quicquid de cœlo oritur, ſimul factum quicquid de terra ꝓducitur, indicatur. Sidera quippe quarto die in cœlo facta perhibentur: ſed quod quarto die proceſsit in ſpecie, primo die in cœli ſubſtantia extitit per conditionem. Itẽ in primo creata terra dicitur, & tertio arbuſta condita, & cuncta terræ virentia ſcribũtur. Sed hoc quod die tertio in ſpecie apparuit, primo die in ipſa quo ortum eſt, terræ ſubſtantia cõditum fuit. Scriptum eſt enim: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.

Gene.1. *Eccle.18.*

INTERRO-

INTERROGATIO II.

Cùm ſcriptura Geneſis, in ſexto die creatum hominem narret, quomodo poſt ipſam creationẽ hominis, vel euolutionem ſeptem dierum ibi ſcribitur, Non enim pluerat dominus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur eam? Cur non erat homo qui operaretur terram, qui iam ſexto die factus fuerat. Gene. 1. Gene. 2.

RESPONSIO.

Hoc recapitulando cõmemorat. Quia quando fecit deus viridia agri, nondum pluerat, nõdúmque homo factus fuerat.

INTERROGATIO III.

Quomodo in illis primis diebus factum veſpere & mane ſcribitur, cùm in quarto die, facta ſint ſidera, per quæ dies à noctibus diſtinguũtur? Sic enim in quarto die dixiſſe dominus legitur: fiant ſidera in firmamento cœli, vt luceant ſuper terram, & diuidant inter diem ac noctẽ, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos. Quomodo iam deus diuiſerat inter diem & noctẽ, ſi hoc quarto die ſidera faciunt? Gene. 1.

RESPONSIO.

Reſtat vt intelligamꝰ per tres illos dies, qui ſine ſole vel luna fuerũt, in ipſa qui-

dem mora temporis diſtinctiones ipſas operum ſic appellatas, id eſt, veſperá propter tranſactionem cõſummati operis, mane propter inchoationẽ futuri operis, de ſimilitudine ſcilicet humanorũ operum, quia pleráque à mane incipiunt & ad veſperam deſinunt. Hoc autẽ quod
Gene. 1. in quarto die dicitur. Diuidant inter diẽ & noctem, & cętera. ſic debemus accipere, tanquam ſi diceretur. Sic inter ſe diuidant inter diem & noctem, vt ſoli dies detur, nox verò lunæ & ſideribus cęteris. In tres ergo illos dies iam diuiſio facta fuerat inter noctem & diem, ſed nõdum inter ſidera, vt iam certum eſſet de ſiderũ numero, quid per diem, & quid per noctẽ appareret hominibus.

INTERROGATIO IIII.

Cùm in Geneſi non inueniatur ſcriptum, quia
Gene. 1. *deus in ſexto die fundauerat terram, ſed tantùm animalia & hominem: quomodo Pſalmiſta in titulo pſalmi nonageſimi ſecundi, quaſi*
Titi. *è contrario videtur dicere, Laus cantici ipſi Da-*
Pſal. 20. *uid, in diem ante ſabbatum, quando fundata eſt terra?*

RESPONSIO AVGVST.

Sexto die fecit deus hominem ad imaginem ſuam: & ſexto ſeculo venit dominus Ieſus Chriſtus, vt reformaretur homo ad imaginem dei. Primum enim tempus tanquam primus dies ab Adam vſq; ad Noë, ſecũdum à Noë vſque ad Abraham, tertium tempus, quaſi tertius dies, vſque ad Dauid, quartum vſque ad tranſmigrationem Babyloniæ, quintum vſque ad prædicationem Iohannis, ſextum tempus tanquam ſextus dies, à Iohãne vſque in finem. In hoc ſexto die Chriſtus de virgine natus eſt, hoc die ſpiritalis terra fundata eſt, id eſt, eccleſia. Fundamentum enim nemo poteſt ponere. Pręter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Cùm ergo omnes qui credunt, per vniuerſam terram immobiles ſunt in fide, fundata eſt terra, & tunc fit homo ad imaginem dei, quia illic figuratus eſt. *1. Cor. 3.*

INTERROGATIO V.

Cùm primo die angeli, ſexto homo creatus ſit: quomodo dominus ad Iob loquitur, qua ſi ſimul angelum & hominem creauerit? dicit enim: ecce Beemoth quem feci tecum. *Gene. 1.* *Iob. 40.*

RESPONSIO GREGORII.

Simul creati ſunt non vnitate tempo-
Gene.1. ris,ſed de cognitione rationis. Scriptum
Ezech.28 nanque de domino eſt: faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,& per Ezechielem ad ſathan dicitur:Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore, in deliciis paradiſi dei fuiſti.In cũcta igitur creatura homo & angelus ſimul cõditus extitit,quia ab omni creatura irrationabili diſtinctus proceſsit.

INTERROGATIO VI.

Cùm poſt creationem Adæ ſpecialiter ſcriptura dicat, Immiſit deus ſoporem in Adam, &
Gene.2. *tulit vnam de coſtis eius,& repleuit carnem pro ea, & ædificauit deus coſtam quam tulerat de Adam,in mulierem:quomodo contra hoc tunc creata eſſe dicatur mulier,quando & vir,eadem ſcriptura dicente de ſexto die,Creauit deus hominem,ad imaginem ſuam,ad imaginem dei creauit illum,maſculum & fœminam fecit eos? Ecce in ſexto die necdum facta Eua deſcribitur, & iam homo maſculus & fœmina perhibetur.*

RESPONSIO.

Quia ex Adæ latere erat proculdubio fœmina proceſſura, in illo iam tunc computata fuit per ſubſtantiam, à quo fuerat ducenda per formam.

INTERROGATIO VII.

Cùm in Geneſi ſcriptum ſit, In ſeptimo die requieuit deus ab omni opere ſuo: quomodo econtra Chriſtus in euangelio dicit: Pater meus vſque modò operatur, & ego operor?

Gene.2.
Ioan.5.

RESPONSIO.

Requieuit die ſeptimo, quia deinceps nullam creaturam nouam fecit. Vſq; nūc operatur, quia omnia ex eis facit, quæ in illis ſex diebus myſticis fecit: quia quæ tunc primordialiter condidit, nunc potētialiter adminiſtrata regit. Ergo requieuit à condendis generibus creaturæ, non autem ceſſauit ab opere regendi, vel adminiſtrandi omnia quæ creauit.

INTERROGATIO VIII.

Cùm dominus ad Noë dixerit, Erunt dies hominis cxx. anni: quomodo contra hoc decretū multò plures annos poſtea homines vixiſſe reperiuntur, ſicut Iacob interrogatus à Pharaone cxxx. annos vitæ ſuæ ſe haberè reſpondit?

Gene.6.
Gene.47

RESPONSIO.

Non ſic accipiendum eſt, quaſi prænũciatum ſit poſthac homines cxx. ãnos viuendo nõ tranſgredi, quum & poſt diluuium etiam quingentos exceſſiſſe inueniamus. Sed intelligẽdũ eſt hoc deum dixiſſe, cùm circa finem quingẽtorum annorum eſſet Noë, id eſt, quadringẽtos octoginta vitę annos ageret, quos more ſuo ſcriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerunque ſignificans. Sexcenteſimo quippe anno vitę Noë, ſecundo menſe, factum eſt diluuiũ. Ac ſic cxx. anni prædicti ſunt futuri vitæ hominum præteritorum, quibus tranſactis diluuio delerentur.

INTERROGATIO IX.

Gene. 15. *Cùm in Geneſi Deus ad Abraham dicat, Sciendo ſcies, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & in ſeruitutem redigent eos, & affligent eos cccc. annis: quomodo econtra ſcri-*
Exo. 12. *bitur in Exodo, Habitatio filiorum Iſraël, quã manſerunt in Aegypto, fuit quadringentorum xxx. annorum?*

RESPONSIO.

Hæc duo, ſi liquidius computentur ne ccccxxx. annis, nec ſolùm cccc. filij Iſraël in Aegypto ſub ſeruitute manſerunt, ſi tamen à die ipſo, quo Iacob, vel filij ſui Aegyptum ingreſſi ſunt, vſque ipſum ad vltimum diem, quo inde Moyſe duce egreſſi ſunt ſupputentur. Nam manifeſtũ eſt, omnes annos quos Hebræi in Aegypto fecerunt, ſecundum computationem Euſebij cv. eſſe. A prima tamen promiſſione Abrahæ, id eſt, ab anno lxxv. vitæ ſuæ, vſque ad tempus illud quando Iacob cùm filijs Aegyptum ingreſſus eſt, fuerunt anni ccxv. Poſt ingreſſionem autem Iacob in Aegyptum, vſque ad tempus illud quo omnes filij Iſraël in ſignis & ꝓdigiis de Aegypto egreſſi ſunt, computãtur fuiſſe anni ccxv. qui in ſummam redacti, fiunt ccccxxx. Vt ergo vtráque à ſe non diſcrepent, ſi ſupputes à lxxv. anno ætatis Abrahæ, quo ad eũ primo die promiſſio facta eſt, vſq; ad exitum filiorũ Iſraël de terra Aegypti ccccxxx. reperies. Si autẽ ab anno quinto natiuitatis Iſaac, vſque ad exitum filiorum Iſraël de terra Aegypti, annorum ſummam collegeris, ex quo paruulns ipſe Iſaac, ſemen vtique

Abrahæ,ac Iſmaël cœpit affligi,cccc.annos,ſecundum quod dominus dixit, inuenies. Item Auguſtinus ſic: Quod dictum eſt ad Abraham, Sciẽdo ſcies quia peregrinum erit,& reliqua,de populo Iſraël qui erat in Aegypto ſeruitutis, apertiſsimè prophetatum eſt. Non quòd in eadem ſeruitute ſub Aegyptiis affligentibus,cccc.annos ille populus fuerat peracturus,ſed in ipſis,cccc.annis prænũciatum eſt hoc futurum. Quemadmodum enim ſcriptum eſt de Thara patre Abrahæ, Et fuerunt dies Tharæ in Carra.V &,cc.anni,non quia omnes ibi acti ſunt, ſed quia ibi completi ſunt: ita & hîc propterea interpoſitum eſt.Et in ſeruitutem redigent eos, & affligent eos, cccc.annis,quoniam iſte numerus in eadem afflictione completus eſt, non quia ibi vniuerſus peractus eſt,cccc. ſanè dicuntur anni propter numeri plenitudinem,quanuis aliquanto amplius ſint, ſiue ex hoc tempore computentur quo iſta promittebantur Abrahæ: ſiue ex quo natus eſt Iſaac,propter ſemen Abrahæ, de quo iſta prædicuntur. Computantur ergo,vt ſuprà diximus, à promiſſione Abrahæ vſque ad exitum Iſraël,

Gene.15.

Gene.11.

cccc xxx. Quorum Apoſtolus ita meminit: Hoc autem dico, inquit, teſtamẽtum confirmatum à deo, quę poſt, cccc. & xxx annos facta eſt lex, non informat ad euacuandam promiſsionem. Iam ergo iſti, ccccxxx. anni poterant nuncupari, quia non ſunt multò amplius. Quantò magis cùm aliquot iam ex iſto numero præteriſſent, quando illa in viſu demõſtrata & dicta ſunt Abrahæ? *Galat.3.*

INTERROGATIO X.

Cùm in Geneſi de coniugio corporali prior illa ſententia à domino prolata ſit, vbi mulierem ſubiici viro voluit, dicens: Ad ipſum erit conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui, quomodo econtrario dominus Abrahæ loquitur, Omnia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem eius? *Gene.3.* *Gene.21.*

RESPONSIO.

Prima illa vtique ſententia de corporali coniugio à domino eſt prolata, vbi obtemperare viro ſuo vxor iubetur. Contra quam nihil hîc contrarium dicitur, quia non de corporali coniugio dictũ eſſe videtur: ſed Sara hic vxor quaſi pro virtute animi ponitur, quam ſemper *Gene.3.* *1.Cor.14.*

vnuſquiſque vir audire præcipitur, id eſt vt quodcunque nobis virtus animi ſuggeſſerit faciendum, per omnia à nobis quaſi à viris fortibus impleatur, manente illa ſententia de corporali coniugio, vt vxor ſemper ſubdita ſit viro.

INTERROGATIO XI.

Cùm ante natiuitatem duorum fratrũ Eſau & Iacob, in Geneſi ſpiritus dei pro ipſis dicat, Maior ſeruiet minori: quomodo iuxta ipſius libri hiſtoriã, minor maiorem adorauit, id eſt, quã
Gene.33. *do Iacob minor de Meſopotamia rediit, Eſau maiorem fratrem ſuum adorauit?*

RESPONSIO.

Hōc quod dictũ eſt, maior ſeruiet minori, hiſtoriȩ veritatem non impedit, ſed figuraliter illud ſpiritus dei prȩdixit: iuxta quòd populus Iudæorum per Eſau, Chriſtianus per Iacob ſignatur. Et ideo contraria ſibi non ſunt quum iuxta hiſtoriam minor maiorem adorauit, & iuxta allegoriam maior minori deſeruiit.

INTERROGATIO XII.

Geneſ.1. *Cùm ſcriptum ſit, erant omnia valde bona,*
Leuit.11. *quomodo in lege quædam animalia vocantur immunda?*

RESPONSIO.

Immunda appellata ſunt vſui, nõ creationi: horum enim in cibũ vſus pro quibuſdam figuris, diuina interdictus lege cognoſcitur.

INTERROGATIO XIII.

Cùm in Geneſi omnia valde bona dicantur, & in aliis ſubſequentibus multa bonitatis nomine cenſeantur: Chriſtus quoque in euangelio & bonum hominem, & bonum ſeruum pronunciet: cur idem dominus econtrario loquitur, Nemo bonus, niſi ſolus Deus? *Gene.1.* *Mat.12.* *Mat.19.*

RESPONSIO.

Omnia quæ ſcriptura bona pronunciat, ſecundum ſe bona eſſe dubium non eſt. Tamen ſi reſpiciamus ad bonitatem dei, nullus eorum pronũciabitur bonus, dicente domino: Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Cuius intuitu etiam ipſi apoſtoli, qui electionis merito bonitatem generis humani multis exceſſerãt modis, mali eſſe dicuntur, domino ad eos ita loquẽte: Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quantò magis pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? *Matt.18* *Lucæ.18.* *Lucæ. 11.*

INTERROGATIO XIIII.

Cùm in Geneſi ſcriptum ſit, Fecit Deus ho- *Geneſ.1.*

minem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: quomodo propheta in pſalmo lxx. quaſi non ſit
Pſal.76. *homo ad ſimilitudinem dei formatus, dicit: Deus quis ſimilis tibi?*

RESPONSIO.

Aliud eſt ſi peruerſè quis velit fieri ſimilis deo, id eſt, per ſuperbiam, ſicut diabolus, qui dixit, ero ſimilis altiſsimo: & aliud ſi per obedientiam & adimpletionem præceptorum eius, ſimilitudinẽ dei in ſe reportet. Homo enim ſuadẽte diabolo, dũ peruerſè voluit fieri ſimilis deo, captiuus eſt ſub ſeductore ſuo. Ecce ipſe hic clamat, qui ab illo ceciderat & dicit: Deus, quis ſimilis tibi? quia in ipſo vtiq; captiuo homine ſimilitudo dei perierat, cùm per ſuperbiam deo eſſe ſimilis cupiebat. At verò ad ſuam nos Deus ſimilitudinem facit, cùm præceptis ſuis nos admonet inhærere: cùm tales nos vult fieri, ſicut & ipſe eſt: cùm per ſcriptu-
Leuit.11. ram ſuam clamat: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. Nam etiam cùm dicit:
Matt.5. diligite inimicos veſtros: orate pro eis, qui vos perſequuntur: benefacite his, qui oderunt vos, ad ſimilitudinem ſuam nos hortatur. Denique quid adiungit? vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt.

Quid enim? ipſe facit hoc? facit certè, quia ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Qui ergo bene vult inimico ſuo, deo ſimilis eſt:nec iſta ſuperbia, ſed obedientia eſt. Quare? Quia ad imaginem Dei facti ſumus.Ergo quiſquis vult ita ſimilis eſſe deo,vt ad illum ſtet,fortitudinem ſuam, ſicut ſcriptum eſt, ab illo cuſtodiat, non ab illo recedat, ei cohærendo ſignetur, tanquam ex annulo cera: verè cuſtodiet imaginem, ad quam factus eſt. Porrò autem ſi peruerſè voluerit imitari Deum, vt quomodo Deus non habet à quo regatur, ſic ipſe velit ſua poteſtate vti, quid reſtat, niſi vt recedens ab eius colore torpeſcat? Etiam quodammodo alienus redditus ab imagine Dei,quaſi captiuus clamet: Domine,quis ſimilis tibi? Tanquam ſi diceretur, Ecce ego volui peruerſè eſſe ſimilis tibi,& factus ſum ſimilis pecori, nã ſub tua dominatione verè tibi ſimilis eram, ſed homo in honore poſit⁹ nõ intellexi, comparatus ſum iumentis inſenſatis, & ſimilis factus ſum illis.Iam ergo hic non *Pſal.49.* in ſimilitudine Dei poſitus, ſed in ſimilitudine iumentorũ conſtitutus, clamat

cùm dicit: Deus, quis ſimilis tibi?

INTERROGATIO XV.

Gene. 2. *Cùm in Geneſi, quando Deus hominem fecit, tantùm ſimpliciter referatur, Fecit Deus hominem de limo terræ: quomodo pſalmiſta dicit,*
Pſal. 118 *Manus tuæ fecerunt me, & pſalmauerunt me?*

RESPONSIO AVGVST.

Cur inquit, quibuſdam viſum fuerit verbo Deum feciſſe cætera, hominẽ verò velut aliquid pręcipuum feciſſe manibus ſuis, non video, niſi fortè quia ex puluere formatum legitur hominis corpus, non potuiſſe fieri niſi manibus arbi
Ioan. 1. trantur. Nec attendunt quod in Euangelio de verbo Dei ſcriptum eſt: Omnia per ipſum facta ſunt, non poſſe conſtare, ſi non per verbum factum eſt etiam corpus humanum. Sed adhibent teſtimoniũ Pſalmi, & dicunt: Ecce vbi apertiſsimè clamat homo, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me: quaſi non etiam apertè dictum ſit, Videbo cœlos opera di-
Pſalm. 8. gitorum tuorum: & illud, Et opera manuum tuarum ſunt cœli: multóq; apertius, Et aridam terram manus eius finxe
Pſal. 94. runt. Manus ergo ſunt poteſtas dei. Aut

ſi pluralis numerus eos mouet,quia non dictum eſt,manus tua,ſed manus tuæ:ac cipiant manus dei,virtutem & ſapientiam dei,quæ vtraque vnus dictus eſt Chriſtus,qui etiam intelligitur brachium domini vbi legitur: Et brachiũ domini cui reuelatum eſt? Aut accipiant manus dei filium & ſpiritumſanctum,quia & ſpiritusſanctus cooperator eſt patris & filij. Vnde & Apoſtolus: Omnia hæc operatur vnus atque idem ſpiritus. Propterea quippe vnus dixit,ne tot ſpiritus,quot opera putarentur,non quòd ſine patre & filio ſpiritus operetur.

1.Cor.1. *Eſaiæ.53.* *1.Cor.12.*

INTERROGATIO XVI.

Cùm Deus autor vel creator mali non ſit,dicente ſcriptura quod creauerit omnia bona valde:quomodo ipſe dominus loquitur per Eſaiam quaſi ecõtrario dicens,Ego dominus & nõ eſt alter,formans lucem,& creans tenebras,faciens pacem,& creans mala?

Gene.1. *Eſai.45.*

RESPONSIO.

Bonus Deus ſecundum quod in Geneſi legitur,bona cuncta creauit: mala autem, quæ ſe creare dixit, non ſimiliter per naturam ſe creare perhibuit. Neque enim mala, quæ nulla ſua natura ſubſiſtunt,à deo creantur. Sed creare ſe mala

dominus indicat,cum res bene conditas nobis malè agentibus in flagellum format,vt ea ipſa & per dolorem, quo feriuntur,delinquentibus mala ſint,&per naturam qua exiſtunt,bona. Vnde & venenum mors quidem eſt homini, ſed vita ſerpenti.Bene itaque dicitur, Formans lucem,& creans tenebras: quia cùm per flagella exterius doloris tenebræ creantur,intus per eruditionem lux mentis accenditur.Faciens pacem, & creans mala quia tunc nobis pax cum Deo redditur, cùm hæc quæ bene ſunt condita, ſed nõ bene concupita, in ea quæ nobis mala ſunt flagella vertuntur.Per culpam quippe Deo diſcordes exiſtimus:dignum ergo eſt,vt ad pacem illius per flagella redeamus:vt cùm vnaquęque res benę cõdita,nobis in dolorem vertitur, correcti mens ad autoris pacem humiliter reformetur.

Eſai. 45.

INTERROGATIO XVII.

Quomodo promiſſum ſit Abrahæ quarta generatione exire filios Iſraël de terra Aegypti cùm Moſes dicat, quinta progenie exierunt filij Iſraël de Aegypto?

RESPONSIO.

Si quartam generationem computes de

de Leui tribu eam numerare incipies, ſi *Gene.* 45.
quintam, de Iuda. Replica ergo genealogiam Leui. Leui genuit Caat, Caat genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Phinees. Caat cum patre ſuo Leui ingreſſus eſt Aegyptum. Rurſum Eleazar cũ patre ſuo Aarõ egreſſus eſt Ae gypto. A Caat vſque Eleazar generationes ſunt quatuor. Si ergo vis oſtendere quomodo ſecundum Exodum quinta generatione egreſsi ſunt filij Iſraël de terra Aegypti, tribus tibi Iudæ ordo numeretur. Iudas enim genuit Phares, Phares, Eſrom, Eſrom Aran, Aran Aminadab, Aminadab Naaſon, Naaſon Salmõ. Phares enim cum patre ſuo Iuda ingreſſus eſt Aegyptum. Naaſon princeps tribus Iuda in deſerto deſcribitur, cuius filius Salmon terram repromiſsionis introiuit. A Phares ergo vſque ad Naaſon, generationes ſunt quinque. Quanuis nonnulli in Eſrom initium faciant, & ad Salmon perueniant. Similiter & ab Amram vſque ad Phinees. Hæc Hieronymus.

INTERROGATIO XVIII.

Cùm in Geneſi Iacob Deum ſe vidiſſe teſte-
Gen.32. *tur,quomodo Ioannes euangeliſta dicit, Deum*
Iob 4. *nemo vidit vnquam? Iob etiam ſibi concordante,*
1.Tim.6. *qui ait: Dei ſapientia abſcondita eſt ab oculis o-*
Iob 28. *mnium viuentium?*

RESPONSIO.

Vidit quippe Iacob Deum qui ait: Vidi Deum facie ad faciem. Vidit Moyſes
Exod.33. Deum, de quo ſcriptum eſt: Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciẽ,
Iob 42. &c. Vidit & Iob Dominum, quia dixit: Nunc autem oculus meus videt te. Vidit
Eſaiæ 6. Eſaias Dominum, qui ait: Vidi Dominũ ſedentem ſuper ſolium excelſum & ele-
Mich.1. uatum. Vidit & Micheas Dominum qui ait: Vidi Dominum ſuper ſolium ſuum. Quid eſt ergo, quòd tot teſtamenti veteris patres Deum ſe vidiſſe teſtati ſunt, & tamen de hac ſapientia quæ Deus eſt, di-
Iob 38. citur: Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium: & Ioannes ait, Deum nemo
1.Ioan.4. vidit vnquam, niſi hoc quòd patenter datur intelligi, quia quãdiu hîc mortaliter viuitur, videri per quaſdam imagines Deus poteſt, ſed per ipſam naturæ ſuæ ſpeciem non poteſt: vt anima gratia ſpiritus afflata, per figuras quaſdam Deum videat, ſed ad ipſam eius eſſentiam non

pertingat. Hinc eſt enim, quòd Iacob qui Deum ſe vidiſſe teſtatur, hunc non niſi in angelo vidit. Hinc eſt quòd Moyſes, qui cum Deo facie ad faciem loquitur, inter ipſa verba ſuæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi teipſum. Certè enim ſi Deus non erat cum quo loquebatur, oſtende mihi Deum, diceret, & non, oſtende temetipſum. Si autem Deus erat cum quo loquebatur, cur petebat videre quem videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur, quia eum ſitiebat per incircunſcriptam naturæ ſuæ claritatem cernere, quem cœperat per quaſdam imagines videre, & viderunt ergo ij Dominum, & tamen Ioannis voce, Deum nemo vidit vnquam: quia in hac mortali carne conſiſtentibus videri potuit per quaſdam circunſcriptas imagines, & videri non poteſt per incircunſcriptum lumen æternitatis. Sin verò à quibuſdam poteſt in hac adhuc corruptibili carne viuentibus ſanctis, quodam contemplationis acumine videri, hoc quoque à beati Iob ſententia, quam protulimus, non abhorret, nec ab illa euangeliſtæ Ioannis, Deum nemo vidit

vnquam, quoniam, quiſque ſapientiam, quæ Deus eſt, videt, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eum videt qui adhuc carnaliter viuit, quia nemo poteſt amplecti Deum ſimul & ſeculum. Qui enim Deũ videt, eo ipſo moritur, quo vel intentione cordis, vel affectu operis, ab huius vitæ delectationibus tota mente ſeparatur.

INTERROGATIO XIX.

Gene. 49 *Cùm inter cæteros patriarchas & prophetas, Chriſti pollicentes aduentum, Iacob ſpecialiter de Chriſti incarnatione & gentium vocatione prædicet, dicens: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gẽtium: quomodo Paulus in epiſtola ad Epheſios, pro eodem ſacramento incarnationis Chriſti dicit, Aliis generationibus non fuit notum filiis hominum, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis eius apoſtolis & prophetis in ſpiritu, eſſe gentes cohæredes & concorporales & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu per euangelium?* Epheſ. 1.

RESPONSIO.

Aut illud eſt reſpõdendum, quia cautè

Paulus ſignantérque teſtatur ſic filiis hominum ignotum fuiſſe myſterium, non filiis Dei, ad quos dicitur: Ego dixi, dij eſtis: quod ſcilicet hi qui ſpiritum adoptionis acceperunt, de quibus patriarchæ & prophetæ fuerint, Dei ſcierint ſacramentum. Aut notandum, non definitè & generaliter dixiſſe Paulum, aliis generationibus ignotum fuiſſe omnino Domini ſacramentum: ſed ſic, quomodo nunc reuelatum eſt ſanctis eius & Apoſtolis, neſciſſe patriarchas veteres & prophetas. Aliud eſt enim in ſpiritu ventura cognoſcere, aliud ea cernere opere completa. Vnde & Ioannes propterea maior prophetis omnibus dicitur: quia quem cæteri prophetauerunt ipſe conſpexerit, & digito demonſtrarit. Hoc etiam ſentiendum in eo, quia idem Apoſtolus in eadem Epiſtola hoc myſterium non ſolùm gentibus, ſed & principatibus & poteſtatibus per eccleſiam manifeſtatum docet. Propter quod idem doctor exequitur, dicens. Si principatibus & poteſtatibus in cœlis ignota fuit multiplex ſapientia Dei, quæ nunc eis per eccleſiam reuelata eſt, quantò magis patriarchis & prophetis ignota fuit,

Pſal. 81.

quos ſuprà non ignoraſſe myſterium Chriſti,ſed ita vt apoſtolos neſciſſe mõſtrauimus? Multiplex quippe ſapientia Dei, per eccleſiam Dei nunc & principatibus reuelata eſt &poteſtatibus,quam olim Deus futuram in ſua mente decreuerat,&nunc eſſe perfectam,ex eò quod videmus,cognoſcimus.Crux itaque Chriſti non ſolùm nobis ſed & angelis cunctíſque in cœlo virtutibus profuit, & aperuit ſacramentum, quod ante neſciebant.Hæc Hieronymus.

INTERROGATIO XX.

Gene. 9. *Cùm in libro Geneſeos vel in aliis locis ſcripturarũ, Iſraelitico populo prohibitum ſit à deo, ne ſanguinem comederent, ſpecialiter tamen in*
Deut.12. *libro Leuitici vbi Dominus dicit,Dixi filiis Iſ-*
Leuit.17. *raël,Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis:*
Num.23. *quomodo in libro Numeriècontrario de ipſo eodémque populo Iſraelitico ſcribitur,Non dormiet donec comedat prædam,& ſanguinem vulneratorum bibat.*

RESPONSIO.

Dicant nunc Iudęi,quis eſt iſte populus, qui in vſu habet ſanguinem bibere? Hæc quippe erant quæ in Euangelio au-

dientes, ſcandalizati ſunt, & dixerunt: Quis poteſt manducare carnem, & ſanguinem bibere? Sed populus Chriſtianus audit hæc, & amplectitur, & ſequitur eum qui dicit: Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis ipſis: quia caro mea verè cibus eſt, & ſanguis meus verè potus eſt. Et vtique quia hæc dicebat, vulneratus eſt pro peccatis noſtris, ſicut Eſaias dicit. Bibere autem dicimus ſanguinem Chriſti, non ſolùm ſacramentorum ritu, ſed & cùm ſermones eius recipimus, in quibus vita conſiſtit, ſicut & ipſe dixit: Verba, quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Eſt ergo ipſe vulneratus, cuius nos ſanguinem bibimus, id eſt, doctrinę eius verba ſuſcipimus. Sed & ilii nihilominus vulnerati ſunt, qui nobis verbum eius prædicauerunt. & ipſorum enim, id eſt, Apoſtolorum eius, verba cùm legimus, & vitam ex eis conſequimur, vulneratorum ſanguinem bibimus.

INTERROGATIO XXI.

Cùm in Geneſi vel Exodo lxx. *tantùm animæ cum* Iacob *AEgyptum ſcribantur ingreſſæ. quomodo in Actibus apoſtolorũ in* *Gene. 46.* *Actu. 7*

troiſſe cum Iacob in AEgyptum lxxv. *animæ referuntur.*

RESPONSIO.

Conſtat in AEgyptum cum Ioſeph, Ephraim & Manaſſe, lxx. tantùm animas introiſſe, vbi lxxv. animarum numerus refertur: quaſi per anticipationem etiam filios nepotéſq; Ephraim & Manaſſe enumerãdos putauit, quos poſtea ĩ Aegypto natos diuinæ relatio lectionis oſtendit.

INTERROGATIO XXII.

Leuit. 11. *Cùm munda & immunda animalia diuina per Moyſen lege diſcretá ſint, quomodo etiam ante diluuium de his quæ in arca recipienda erant*
Gene. 7. *immunda appellantur animalia?*

RESPONSIO.

Moyſes inſpirante ſancto ſpiritu Pentateuchi ſcriptor & conditor eſt. Et quia in Leuitico de mundis immundíſq; animalibus erat proferẽda diſcretio, etiam in Geneſi, quia vtriuſque libri idẽ autor eſt, eadẽ animalia appellauit immunda.

INTERROGATIO XXIII.

Cùm in Exodo Dominus nomen ſuum Moyſi indicaſset, dicens: Hæc dices filiis Iſraël, Qui
Exod, 3. *eſt, miſit me ad vos: quomodo in ſubſequentibus aliud ſibi nomen eſſe, quaſi econtrario indicat, dicens: Vade, dic filiis Iſraël: Deus Abraham,*

& Deus Iſaac,& deus Iacob miſit me ad vos, hoc mihi nomen eſt in æternum? Ibidem.

RESPONSIO AVGVST.

Hæc duo didicimus, diſtinguente Auguſtino, vnum ad diuinitatis pertinere naturam,aliud ad humanitatem aſſumptam,Quod enim dixit Deus Moyſi,Ego ſum qui ſum,&,Qui eſt,miſit me ad vos, diuinitatis ſubſtantiam ſignat.Quod autem dicit ego ſum deus Abraham,&deus Iſaac,& deus Iacob,myſterium ſuſceptæ incarnationis inſinuat: quia de illis ſecundum carnem generatus agnoſceretur,quorum nomina ſub ſacramento hîc poſuiſſe cognoſcitur. Exo. 20.

INTERROGATIO XXIIII.

Cùm in Exodo inter decem præcepta quæ data ſunt,quartum præceptum reperiatur eſſe.Honora patrem tuum & matrem tuam: quomodo Chriſtus in euangelio econtra dicit,Honora patrem tuum & matrem, quod eſt mandatum primum in lege? Matt.22

RESPONSIO.

Duæ tabulæ fuerunt in quibus Moyſes x.præcepta ſcripta accepit:De ipſis quoque decem præceptis, tria quæ in capite ponuntur,pertinent ad dilectionem diuinæ Trinitatis:ſeptẽ verò reliqua ad

dilectionem pertinent proximi. Tria ergo illa ad Dei dilectionem pertinentia, id eſt, Dominus deus tuus, deus vnus eſt: &, Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, & vt dies ſabbati ſanctificetur, hæc tria in vna tabula fuerunt ſcripta. In ſecunda verò tabula ſeptem reliqua præcepta ſcripta ſunt. Et ideo Honora patrē tuum & matrem, inter ſeptem præcepta primum mandatum ſcriptum eſt. Si igitur tota decem præcepta in vnum computes, quartum hoc præceptum inter decem inuenies. à parentibus enim ſuis homo aperit oculos, & hæc vita ab eorum dilectione ſumit exordium: Inde hoc mādatum primum eſt inter ſeptem. Sed quo modo primum, quia quartum, niſi vt dictum, quia primum eſt in altera tabula? vel quia decem præcepta primitus data ſunt, poteſt vnumquodque ex illis, appellari primum mandatum.

INTERROGATIO XXV.

Quomodo in Exodo ſcribitur, qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus, cùm econtra in Ezechiele dicatur: Quid eſt quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſraël dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum ſtupuerunt? Viuo

Exod. 20
Deut. 5.
Ezech. 18

ego dicit Dominus Deus, ſi erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbium in Iſraël. Ecce omnes animæ meæ ſunt: vt anima patris, ita & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa punietur.

RESPONSIO.

Redduntur peccata patrum in filiis, dum pro culpa parentis ex originali peccato, anima polluitur prolis: & rurſum non redduntur parentum peccata in filiis, quia cùm ab originali culpa per baptiſmum liberamur, non iam parentum culpas, ſed quas ipſi committimus, habemus. *Roma.5.*

INTERROGATIO XXVI.

Cùm in Exodo Dominus Moyſi præcipiat, dicens: Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt: quomodo in eodem libro veſcentibus paſcha præcipitur, Manducabitis illud lumbis veſtris accinctis, & calceamenta veſtra habebitis in pedibus veſtris: necnon & Paulus ad Epheſios, calceatos pedes eſſe præcipit, in præparatione Euangelij pacis? *Exod.3.* *Exod.12.* *Ephe.6.*

RESPONSIO.

Si & perfectis calceamenta non eſſe neceſſaria, & imperfectis adhuc neceſſaria

eſſe accipiamus. nõ erit fortè contrariũ, quod pro diuerſitate meritorum eſt inſtitutũ.perfectiores etenim ſũt,qui ſicut Moyſes & Ieſus iã deum videre merentur,quam hi qui ad ipſam viſionem tendunt,& adhuc in via poſiti,agnum in paſcha calceatis pedibus manducare iubẽtur.His ergo forſitan adhuc calceamenta ſunt neceſſaria,quibus in via Domini currentibus,vtilia eſſe iudicantur bonorum patrum exempla.Quid enim pedes noſtri,niſi opera?Quid vero calceamenta:niſi pelles mortuorum animaliũ?Calceamenta autem pedes muniunt:quæ verò ſunt mortua animalia,ex quorum pellibus noſtri muniũtur pedes,niſi antiqui patres,qui nos ad æternam patriam pręceſſerunt?quorum dum exempla perſpicimus,noſtri operis pedes munim⁹.Calceamẽta verò in pedibus habere,eſt mortuorũ vitã conſpicere, æterna veſtigia à peccati vulnere cuſtodire:vt muniti eorũ exemplo, vaſtam huius ſeculi eremũ tranſeamus,quandiu deum facie ad faciẽ videamus.Ergo iam ad dominum perfectè venientibus non erunt fortè neceſſaria hæc calceamenta:quia videlicet non ibi erunt fortè neceſſaria patrum exem-

pla, vbi deus eſt videntibus ſe in omnib⁹ plena notitia: Quia ſi etiam calceamenta propter vitia accipiuntur, non hoc erit contrarium, quum nullus videre Deũ poſſit, niſi qui terrena & mortalia vitia depoſuerit. Qui ergo adhuc ambulat, calceetur: qui verò Iordane iam tranſmiſſo terram repromiſſionis intrauit, nudet pedem, ſoluat calceamentum, locus enim in quo ſtat, terra ſancta eſt. Si quis nõ eſt Ieſus naue, nec apoſtolus calceet pedes ſuos in preparatione Euangelij pacis. Si quis autẽ apoſtol⁹ eſt, & inter duodecim enumerari poteſt, nequaquã tollat in via calceamentũ ſuum, nec ad ſcorpiones & colubros declinandos calcaneum regat: ſed iam conſummatus atqueperfectus, in terra ſancta viuat in Chriſto, & ſequatur agnum quocunque ierit.

INTERROGATIO XXVII.

Cùm dominus in Exodo honorantibus parentes ſuos longæuitatem vitæ promiſerit, dicens: Honora patrem tuum & matrem, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram: quomodo Dauid hãc ipſam longæuitatem vitæ paruipenderit, dicens: Heu me, quia incolatus meus prolongatus Exod. 20 Pſal. 119.

eſt:neenon & Salomon mortem potius quàm vi-
Eccle. 4. *tam amplectatur, dicẽs: Laudaui oẽs mortuos qui olim mortui ſunt, ſuper viuentes: & Hieremias, Maledicta dies in qua natus ſum, præſertim cùm*
Hier. 20. *multos fuiſſe credamus, qui & parentibus obſequentes, citò mortui ſint, & erga parentes impij, vſque ad extremam venerint ſenectutem?*

RESPONSIO.

Reſpondeant Iudæi, & ſimiles Iudęorũ, ſi vitæ iſtius longitudo eſt in promiſſis, & diu in corpore commorari felicitatis eſt. Quid ſibi vult illud, quia incolatum vitæ ſuæ prolongatum Dauid gemit? Si enim laudantur ſuper viuos mortui, ſecundum Salomonẽ, & iuxta Hieremiã maledictus eſt dies in quo naſcimur, quomodo nunc repromittitur honorantibus patrẽ & matrem, quia longęui ſint ſuper terram, quã dominus Deus ſuus dederit eis? Quærenda eſt ergo terra, quã dominus deus promittit & tribuit iis qui ſpiritualem Aegyptum reliquerint, & cum omni potentia, magna & terribilia huius vitę deſerta trã-
Matt. 5. ſierint: ij vtique poſſidebunt terram, quæ manſuetis eſt præparata. Beati quippe mittes, quoniam ipſi poſſidebũt terram,

quę vera eſt terra viuentium, iuxta illud: Credo videre bona domini in terra viuentium. *Pſal. 26.*

INTERROGATIO XXVIII.

Cùm in Leuitico dominus præcipiat dicens, Ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuiũ ſuorum, niſi tantùm in conſanguineis ac propinquis ſuis, id eſt, ſuper patre & ſuper matre & filio ac filia. fratre quoque & ſorore virgine, quæ nõ eſt nupta viro, ſed nec in principe populi ſui contaminabitur: quomodo poſt paululũ econtra videtur dicere, Pontifex, id eſt, ſacerdos maximus, ad hominem mortuum nõ ingredietur omnino, ſuper partre quoque ſuo & matre non contaminabitur? *Leuiti. 21.* *Ibidem.*

RESPONSIO.

Vnum ex his minoribns ſacerdotibus præcipit, vbi non iubentur ingredi ad quẽlibet mortuũ, niſi ad eos cognatos & propinquos de quibus ſuprà dictũ eſt. Sacerdos autẽ magnus, id eſt, pontifex, plus aliquid habebat à cęteris ſacerdotibus, & ob hoc, quia nec pietate illũ, nec affectu flecti oportebat, ideo præceptũ eſt illi, ne immũdus fieret in ſupradictis nominibus & ab omni mortuo generaliter ſuũ cohiberet affectum. Illud ergo quod primũ

eſt poſitum, de minori ſacerdotum gradu: hoc verò quod ſequitur, de ſolo magno ſacerdote accipi debet.

INTERROGATIO XXIX.

Exo. 20. *Cùm dominus in libro Exodi præcipiat, dicēs: Memēto vt diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptima autem die ſabbata domini Dei ſunt. Quomodo per* *Eſaiæ 1.* *Eſaiam econtrario dicit, Sabbata veſtra audiuit anima mea?*

RESPONSIO.

Sabbatum requies interpretaur, quod Iſraëlitæ ſpiritaliter ī munere acceperūt, vt hac ſignificatiōe nullo in hac vita terrenorum, deſideriorum appetitu fatigarentur. Quod tamen Iudęorum ille populus non intelligēs dominum ſpiritualiter pręcipiſſe, conſumebant ſabbata in luxuriis & ebrietate & comeſſatione. Vnde ſe talia ſabbata odiſſe Dominus dicit, quia non ſunt illa quæ dominus ſpiritaliter pręcepit, ſed quæ ſibi populus carnaliter elegit. *Malac. 1.* Nam de illis dixit, Sabbata mea prophanaſtis. Vnde agno ſcim' ſabbatum temporale, humanum eſſe: ſabbatū autem diuinū, illud æternū eſſe, de quo per Eſaiam dicitur: Et erit menſis ex mēſe, & ſabbatum ex ſabbato. Ergo cùm dicit

cit, Sabbata veſtra odit anima mea, non prioris præcepti immutat oraculum, ſed ſabbatum ipſum redarguit à carnali populo vitiatum.

INTERROGATIO XXX.

Cùm in libro Leuitici iubente domino inſtituta ſit victimarũ oblatio, quomodo Eſaias ex voce domini econtrario loquitur, dicens: Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit dominus? plenus ſum holocauſtis arietum, & adipe pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum nolui. Leuiti. 1. Leuiti. 22. Eſaiæ 1.

RESPONSIO.

Hoſtiæ & immolatio victimarum, nõ principaliter à deo quæſita ſunt, ſed ne idolis fierent, & vt à carnalibus victimis quaſi per typum & imaginẽ ad ſpiritales hoſtias tranſiremus. Dicendo autem ſe hoſtiam non quæſiſſe, oſtendit quia lex ſpiritalis eſt, & omnia quę Iudæi carnaliter faciunt, à nobis impleri ſpiritualiter.

INTERROGATIO XXXI.

Cùm in Leuitico dominus fermentum penitus abiecerit de ſacrificiis, dicens: Omnis oblatio quæ offertur domino, abſque fermento fiet, nec quicquam fermẽti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini: quomodo in ſubſequentibus ſuper panes fermentatos ſacrificium iubet imponi?

RESPONSIO.

Diligentius intuere, quia non ad ſacrificium, ſed ad miniſterium ſacrificij fermētatus panis aſſumitur. Quid ergo hoc ſit, videamus. Dominus in Euangeliis, humanam doctrinam phariſæorum, qui tradebant traditiones, & præcepta hominum, fermentū appellat: cùm diſcit diſcipulis,
Mat. 16. Obſeruate à fermento phariſæorum. Si-
Luce. 12. militer ergo humana doctrina eſt, verbi cauſa, grammatica ars, vel rhetorica, vel dialectica etiā, ex qua doctrina ad ſacrificium quidem, hoc eſt, in his quę de Deo ſentienda ſunt, nihil ſuſcipiendum eſt. Sermo verò lucidus & eloquentię ſplendor ac diſputandi ratio, ad miniſteriū verbi Dei decenter iubetur admitti.

INTERROGATIO XXXII.

Quomodo legi præcipienti, Diliges proximum
Leuit. 19. *tuum, & odio habebis inimicum tuum: non eſt contrarium quod Chriſtus dicit, Diligite inimi-*
Mat. 16. *cos veſtros?*

RESPONSIO.

Vnuſquiſque homo inquantum iniquus eſt, odio habendus eſt: inquantum homo eſt, diligendus eſt. Hęc, inquam, regula eſt, qua & oderimus inimicū propter id quod in eo malum eſt, id eſt, ini-

quitatem: & diligamus inimicũ propter id quod in eo bonum eſt, id eſt, ſocialem rationalémque creaturam.

INTERROGATIO XXXIII.

Cùm dominus in Leuitico per Moyſen, pontificem ordinans, duabus tunicis veſtiendũ præceperit: quomodo Chriſtus in Euangelio econtrario ſacerdotes ſuos & apoſtolos duas tunicas habere prohibuit? *Mat.* 10.

RESPONSIO.

Quod pręcepit Ieſus duas tunicas non *Mat.* 5. habendas, non eſt contrariũ legi, ſed perfectius lege, ſicut & cùm lex homicidium vetat, Ieſus etiam iracundiam reſecat: & cùm lex prohibet adulterium, Ieſus etiã cõcupiſcentiam cordis abſcindit. Sic ergo videbitur & duabus ibi tunicis pontificem, hîc vna apoſtolos induiſſe. Siquidem etiã ſenſus probabilis ſibi videtur. Ego tamen non intra huius intelligentię anguſtiam, pontificalia ſacramenta concludo, amplius mihi aliquid ex iſta forma videtur oſtendi. Pontifex eſt, qui ſcientiam legis tenet, & vniuſcuiuſque myſterij intelligit rationes: vt breuiter explicem, qui legẽ & ſecũdum ſpiritum, & ſecundum literam nouit. Sciebat ergo põtifex ille, quem tunc ordinabat Moyſes,

quia eſſet circunciſio ſpiritalis, ſeruabat tamen & circunciſionem carnis, quia incircunciſus pontifex eſſe non poterat. Habebat ergo iſte duas tunicas, vnā myſterij carnalis, & aliam intelligentię ſpiritualis. Sciebat quia & ſacrificia ſpiritalia offerri debēt Deo, offerebat tamē nihilominus & carnalia. Non enim poterat eſſe pontifex, qui tunc erat, niſi hoſtias immolaret. Ita ergo conuenienter ille pontifex duabus indutus tunicis dicitur: apoſtoli verò, qui dicturi erant, quia ſi cir

Galat. 5. cūcidamini, Chriſtus vobis nihil ꝓderit: & qui dicturi erant, quia nemo vos iudicet in cibo, aut ī potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorū, quę ſunt vmbra futurorum: iſti ergo cùm huiuſmodi ſecundum literam legis obſeruantiam penitus repudiarent, nec occuparēt diſcipulos Iudaicis fabulis, & imponerēt eis iugum quod neque ipſi, neque patres eorum portare potuerunt, meritò duas tunicas habere prohibentur, ſed ſufficit

Act. 15. eis vna & hæc interior. Nam iſtam quæ foris eſt, & quę deſuper apparet, legis tunicam nolunt. Vnam nanque eis Ieſus, & ipſam interiorem habere permittit.

INTERROGATIO XXXIIII.

Cùm in libro Numeri ſcriptum ſit, Non eſt Num. 23
Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius ho
minis, vt mutetur: necnon & illud per Ezechie-
lem, Verbum quod loquutus fuero, implebitur, di
cit dominus Deus: quomodo ecõtrario plerumque
Deus videtur mutare ſententiam ſuam, ſicut in Ezec.
Niniuitis factum eſt, quando per Ionam dixit,
Quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur: vbi
ſtatim ſubſequitur, nunquid & ego non parcam Ionæ 3.
Niniue ciuitati magnæ? & de Dauid in libris
Regum, vbi tribus diebus promiſſa fuerat mors,
vt vaſtraret populum, & intra vnam diem vſ- 2.Re.24
que ad horam prandij ceſſauit.

RESPONSIO.

Fortaſſe hæc, quę p̄ interrogationem dicuntur, non penitus pro definito accipienda ſint: ſed talis quędam figura verbi ſit, quæ mediũ aliquid videatur oſtendere, non tamen definitæ & irreuocabilis ſententiæ declaret affectum: quo tẽperantiùs aliquid dictum videatur, in eo quod ſcriptum eſt, ipſe cùm dixerit, non faciet? quàm ſi ſcriptũ eſſet, Ipſe cùm dixerit, omnimodis faciet. Sed recẽſeamus & ipſa ſcripturę loca, quæ vel in Iona, vel in regum libris poſita ſunt, ne fortè

& ibi,vt moris eſt ſcripturæ, diuini ſecre
ti aliquid habeat ſcriptum. Ergo in Iona,
Et factum eſt verbũ domini ad Ionam
ſecundo,dicens: Surge,vade in Niniuen
ciuitatem magnã, & prædica in ea ſecun
dum prædicationem, quam ego locutus
ſum ad te. Et Ionas quidem prædicauit,
& dixit:Adhuc tres dies, vel vt Hebræi
ſcriptũ habere ſe dicunt, Adhuc quadra-
ginta dies,& Niniue deſtruetur. Viri au-
tem Niniuitę crediderunt Deo, & præ-
dicauerunt ieiunium: & induerunt ſe ci-
Ionæ.3. liciis à minimo vſque ad maiorem ipſo-
rum. Et pôſt pauca , Et vidit, inquit,
Deus,opera eorum,quia conuerſi ſunt à
viis ſuis malis,& pœnituit ſuper malitiã
quam locutus eſt facere eis,& non fecit.
Obſerua igitur in his quæ aſſumpſimus
de propheta,quod non inuenitur in ſer-
monibus Dei,quibus ad prophetam lo-
cutus eſt,dictum,quia adhuc tres dies &
Niniue ſubuerteur, vt ſermo iſte,qui di-
ctus eſt,& non eſt factus,ab Iona potius,
quàm à Deo prolatus eſſe videatur . Sed
& de ſecundo Regnorum libro profe-
ramus quæ ſcripta ſunt,vbi quum Dauid
populum numeraſſet:Factum eſt,inquit,
verbum Domini ad Gad prophetam vi-

dentem, dicens: Vade, & loquere ad Dauid: hæc dicit Dominus, tria ego leuabo ſuper te, elige tibi vnũ ex his, quod faciã tibi. Et introiuit Gad ad Dauid, & denũciauit ei, dicẽs, Aut veniet tibi trib⁹ annis fames ſuper terram tuam, aut tribus mẽſibus vt fugias ante inimicos tuos qui te perſequuntur, aut triduo vt mors fiat in terra tua. Nunc ergo ſcito, & vide quid reſpondeam ei, qui miſit me, & dixit Dauid ad Gad: Anguſtię ſunt mihi vndique. Sed incidã in manu Domini magis: quia multę miſerationes eius ſunt, & in man⁹ hominũ non incidam. Et dedit dominus in Iſraël mortem, à mane vſq; ad horam prãdij, & mortui ſunt de populo ex Dan vſq; Berſabee lxx. millia virorũ. Et extendit angelus domini manum ſuam in Hieruſalem, vt corrumperet eam. Et deprecatus eſt dominus ſuper malitiã, & ait ad angelũ, qui exterminabat populum. Satis eſt, remitte manum tuam. Obſerua ergo, quomodo nec in his tribus comminationib⁹ deus inuenitur dixiſſe de morte dierum trium. In verbo enim Gad poſitum eſt, non in mandatis domini: & non ſemper ea quæ per prophetam dicũtur, quaſi à deo dicta ſuſcipiantur. Denique per

2. Re. 24

ſuper malitias dicitur Deus,vel his maximè quæ generaliter ab Hieremia pronũciantur: in quibus euidẽter oſtẽditur, pro multis miſerationibus & incomprehenſibili bonitate ſua Deus dicere & nõ facere,loqui & non permanere.Ait ergo per Hieremiam Deus. In finem loquar, hoc eſt,ex definito loquar,ſuper gentem & ſuper regnum, vt auferam eos & diſperdam:& ſi conuertatur gens illa à malitiis ſuis , pœnitebo de omnibus malis quæ cogitaui facere eis . Et in finem loquar ſuper gentem & regnum,vt reædificem eos & repleam: & ſi fecerint mala in conſpectu meo,vt non audiant vocem meam,pœnitebit me de omnibus bonis quę locutus fueram vt facerem eis.Quo modo ergo poſſumus his , quæ abſolutè per Hieremiam dicta ſunt, præferre illa quæ ſuſpẽſè per prophetam dicuntur,niſi quia negligentibus & contemptoribus illa confirmanda, hæc verò perfectioribus ſecretiùs aduertenda ſunt.

INTERROGATIO XXXV.

Quomodo Dominus in Deuteronomio præcipiat, Per nomen meum iurabitis: & econtra in teſtamento nouo videatur præcepiſſe, Nolite iurare? *Deute. 6.* *Matt. 5.*

Reſpon-

RESPONSIO.

Periurare quippe, graue peccatum eſt: nō iurare autem, ſicut verum iurare, nullum peccatum eſt. Sed longius remotus eſt à falſo iurando, qui nec iurare conſueuit, quàm qui verum iurare procliuis eſt. Vnde maluit nos dominus, & non iurantes non recedere à vero, q̃ verum iurātes propinquare periurio. Ergo admonitio non iurandi, conuerſio eſt à peccato periurij. Nā omnino qui verū iurat, non peccat, Vnde dominus omnē occaſionē voluit amputare ꝑiurij quū nos iurare ꝓhibuit. Nā & Apoſto. in ſermonibꝰ, quos habuiſſe narratur, neq; iurauit, neq; iurandi cōſuetudinē habuit, ne aliquando vel neſcius in periurium laberetur. Scriptis autem, vbi eſt conſideratio maior atque ꝓpenſior, pluribus locis iuraſſe inuenitur: nequaquam quòd putaret etiam iurando peccare, ſed potius intelligeret humanæ fragilitatis corda, non iurando tutiùs à periurio conſeruari.

INTERROGATIO XXXVI.

Cùm dominus in Deuteronomio præcipiat dicens: Dominum deum tuum adorabis: quomodo pſalmiſta econtrario in pſalmo nonageſimo octa

Deut. 6.

uo terram nos iubet adorare, præcipiendo. Adorate ſcabellum pedum eius? Quod vtique terra eſt, iuxta quod alius propheta dicit: Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorũ. *Pſal. 98.*

RESPONSIO.

Illam terram dicit adorãdam propheta, quam dominus Ieſus incarnationis aſſumptione ſuſcepit. Itaque per ſcabellum terra intelligitur, per terram autem crux Chriſti, quam hodie quoq; in myſterio adoramus, & quam apoſtoli in domino Ieſu adorarunt. Suſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in *Ioan. 5.* ipſa carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis manducãdam ad ſalutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, niſi prius adorauerit. Inuentum eſt quemadmodum adoretur ſcabellum pedum domini, vt non ſolùm non peccemus adorando, ſed peccamus non adorando.

INTERROGATIO XXXVII.

Deut. 13.

Quomodo in Deuteronomio Moyſes dicat, Tentat vos dominus Deus veſter: & econtra Iacobus apoſtolus prædicet, Deus neminem tentat? *Iacobi 1.*

RESPONSIO.

Duas eſſe tentationes in ſcripturis ſanctis ſolet intelligi. Vna quę decipit, altera quæ probat. Secundum eam quę probat, dictum eſt, Tentat vos dominus Deus veſter. Secundum eam verò quæ decipit, Iacobus apoſtolus prædicat, Deus neminem tentat.

INTERROGATIO XXXVIII.

Cùm ſcriptum ſit in libro Deuteronomij, Maledictus qui non reliquerit ſemen in Iſraël: quomodo contra hanc diuinam ſententiam plurimi & ĩ veteri teſtamẽto, & in nouo nec, cõiugia ſortiti ſunt, nec ſemen ſuæ carnis vllo modo reliquerunt, ſicut in veteri teſtamento Helias, Hieremias & Daniel, in nouo autem Iohannes baptiſta, & Iohannes euangeliſta, cæterique quam plures feciſſe monſtrantur, qui ſemen ſecundum carnem non reliquerunt?

Daniel. Hiere. Iohan.

RESPONSIO.

Hæc duo quę ſibi videntur eſſe contraria, ita ab Origene reperimus explanata. Ait enim: Qui cõſummatę & perfectę virtutis eſt, ſemper neceſſe eſt, vt in aliqua eruditione verſetur, quã eruditionẽ, coniugem eius ſermo diuinus appellat: ſecundum hoc puto, quòd in lege cælebs

Orige.

& ſterilis maledicto ſubiacet: quia ſi hæc de carnali ſemine dici putentur, omnes eccleſiæ virgines ſub maledicto poſitæ videbuntur, ſimiliter & Iohannes baptiſta, & alij ſanctorũ plurimi. Sed certũ eſt illos ſpiritale ſemẽ reliquiſſe, & habuiſſe vnumquẽque coniugẽ ſapiẽtiam, ſicut & Paulus per Euangelium filios generauit. *Galat.* 4

INTERROGATIO XXXIX.

Cùm in libro Regum primo Deus ad domũ Heli loquens, promiſerit, dicens: hæc dicit dominus, Domus tua, & domus patris tui, miniſtrabunt in cõſpectu meo vſque in ſempiternum: quomodo econtra quaſi mutata promiſsione ſubiiciat, dicens: Ecce dies venient, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua? Et poſt aliqua ſubiungit: Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. 1. *Reg.* 2. *Ibidem.*

RESPONSIO AVGVST.

Cùm hęc tanta tunc altitudine pręnunciata ſint, tanta nunc prænunciatione clareſcant, non fruſtrà tamen moueri quiſpiam poteſt ac dicere: quomodo confidimus venire omnia quæ in illis libris

mum. Vnde & aues cœli dicimus, quia eas volitare in aëre videmus. In cœlum. itaque aëreum Helias ſubleuatus eſt, vt in ſecreta quadam terræ regione repēte duceretur, vbi in magna iam carnis & ſpiritus quiete viueret, quouſque ad finem mundi redeat, & mortis debitum ſoluat. *Apo.11.*

INTERROGATIO XLI.

Quomodo Eſaias dicat, Spiritus domini ſuper me, vel cæteri prophetæ, ſiue Simeon, ſiue Zacharias, per ſpiritum ſanctum futura pronunciaſſe credamus: cùm in Euangelio dicatur, Nōdum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus? *Eſai.61. Luc.2. Luc.1. Iohan.7.*

RESPONSIO.

Vtique nō ſine ſpiritu ſancto antiqui patriarchæ atque prophetæ futura pronunciauerunt. Sed quod dicit, ſpiritus nondū erat datus, id eſt, illa abundantia gratiæ ſpiritalis, adhuc antea illis ſic nunquā fuerat data, ſicut poſtea cùm congregati in vnum diſcipuli, linguis omnium gentiū ſunt locuti, ac ſic in linguis omnium gentium futura eſt pronunciata eccleſia. *2.Petr.1.*

INTERROGATIO XLII.

Quomodo Eſaias pro Chriſto dicit. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: cùm Paulus econtra videatur dixiſſe, *Eſa.53.*

2.Cor.4. *eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit?*

RESPONSIO.

Quod enim Eſaias dicit, quia peccatum non fecerit, apertiſsimè oſtendit, quòd perſona ipſa filij peccatis coinquinata nõ extitit. Ipſe eſt enim agnus ſine macula, ſine peccato. Quod autem Paul⁹ dicit, eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: hoc ipſum quod dixit, fecit, ad patris perſonam retulit, id eſt quòd Deus pater filium ſuũ qui peccatum non fecit, hoſtiam illum pro peccatis noſtris fecit, quum eũ pro ſaluatione mundi immolari permiſit. Dicitur enim, quòd eum pater peccatũ fecit, quia eum hoſtiam pro peccato fieri voluit: ſicut dicitur, Peccata populi mei comedẽt, cũ non peccata comedantur, ſed oblationes quæ pro peccatis offeruntur.

INTERROGATIO XLIII.

Eſai. 53. Matt. 1. *Quomodo Eſaias de Chriſto dicit, Generationem eius quis enarrabit? cum euãgeliſta Chriſti generationem dinumerans, inter cætera dicat Chriſti autem generatio ſic erat?*

RESPONSIO.

Propheta de diuinitatis generationè præ-

prædixit, euangeliſta incarnationis myſterium ſequens, generationem Chriſti ſecundum humanitatem expoſuit.

INTERROGATIO XLIIII.

Quomodo Eſaias dicat pro perſona Chriſti filij Dei. Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum: & econtra pſalmiſta dicit, Speciosus forma præ filiis hominum? Eſa. 53. Pſal. 44.

RESPONSIO.

Quod Eſaias dicit pro noſtro ſponſo Chriſto ꝙ nihil eſt pulchrius eo, quòd quaſi fœdus apparuit, de interfectoribus Chriſti hoc dicit, quibus Chriſtus ipſe vilis apparuit: Si enim cognouiſſent, nunquã dominũ gloriæ crucifixiſſent. Quod autẽ pſalmiſta dicit, quòd ſpecioſus fuerit præ filiis hominum, ad fidem credentium reputatur, qui ſic illum videre meruerunt, vt verum illum Deum & hominem fide integra faterẽtur. Reſtat igitur quòd & fœdus apud perſequẽtes, & ſpecioſus exiſtimatus eſt apud credentes. 1. Cor. 2.

INTERROGATIO XLV.

Eſaiæ 58. *Cùm dominus Eſaiæ prophetæ præcipiat, dicens: Clama, ne ceſſes: quomodo econtrario videtur*
Epheſ. 4. *Apoſtolus clamorem prohibens, dicere: Ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis?*

RESPONSIO.

Alius eſt clamor, qui de prædicatione vel poſtulatione, alius qui de ira deſcēdit, & ideo clamorem hunc, qui de ira deſcēdit, Apoſtolus prohibuit, non illum quo aut Eſaias prædicare iubetur, aut contritorum corda ad dominum gemebūdos clamores emittunt.

INTERROGATIO XLVI.

Eſaiæ 19. *Cùm Eſaias dicat pro Aegyptiis, Clamabūt ad Dominum à facie tribulantis & mittet eis*
Ibidem. *ſaluatorem & propugnatorem qui liberet eos: quomodo quaſi econtrario ſtatim ſubiungit, dicens: Et percutiet dominus Aegyptum plaga?*

RESPONSIO.

Percuſsio hæc domini ſuper Aegyptios, parcentis eſt, non perdentis: quia potius per plagam pœnitētiæ, animam poſſit perducere ad ſalutem: & ideo contrarium illud non erit, vbi à facie tribulantis ſaluator & propugnator eis mitten-

dus promittitur. Qui & hæc percuſsio vel plaga, quæ ſubiicitur, non ad reprobationem, ſed ad ſanitatem cõuerſionis inducitur. Hoc enim valet quod ſupra dicitur, Mittet eis ſaluatorem & propugnã torem qui liberet eos: quia & hic ſubſequitur. Et percutiet dominus Aegyptum plaga, & ſanabit eam: quod vt manifeſtius aperiretur, addidit dicens: Et reuertentur ad dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos.

INTERROGATIO XLVII.

Quomodo Hieremias vtrumque dicat, quæ ſibi contraria eſſe videntur? Dicit enim ex voce Dei filij, colligunt ligna, & patres ſuccẽdunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciãt placentas reginæ cœli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent? Nunquid me ad iracundiã prouocant? dicit dominus. Vbi ſtatim quaſi econtrario ſubiungit: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, &c. qui ſuprà dixerat, Nunquid me ad iracundiam prouocant? quomodo nunc dicit, Ecce furor meus & indignatio mea ſtillabit ſuper locum iſtum? *Hier. 7.* *Hier. 7.*

RESPONSIO.

Iſte eſt ſenſus: Ego quidem naturaliter non iraſcor, ſed illi ita agũt, vt me ad iracundiam prouocent, & meam videar mutare naturam, Sentiant igitur iratũ quod quantùm in ſe eſt, facere conantur.

INTERROGATIO XLVIII.

Cùm nouerimus, quòd Hiiremias propheta ſilentium ſibi prædicationis indixerit, per hoc
Hier. 20 *quod dicit. Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius: quomodo quaſi econtrario ſtatim ſubiungit, Factus eſt in corde meo quaſi*
Hier. 20. *ignis exæſtuans, clauſúſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens; Audiui enim contumelias multorum?*

RESPONSIO.

Pro eo enim quòd ſe minimè audiri conſpexit, ſilentium appetiit. Sed quum creſcentia mala cerneret, in eodem ſilentio non permanſit. Quòd enim foris tacuit, ex tædio locutionis intus ignẽ pertulit dè zelo charitatis.

INTERROGATIO XLIX.

Cùm multiplicia & dura peccata Iudæorũ
Eſaiæ 3. *ante aduentum Chriſti, prophetarum vocibus prædicata ſint, ſicut illud: Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt: nec abſconderunt. & in*
Hier. 20 *Hieremia, peccatum Iuda conſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamãtino, &c. quomodo Chri*

ſtus in Euangelio quaſi econtrario videtur de Iudæis dixiſſe, ſi non veniſſem, peccatum non haberent? Quid hoc eſt? nunquid ſine vllo peccato erant antequam Chriſtus in carne naſceretur? & ex quo venit, nunc cœperunt habere peccatum? Iob 15.

RESPONSIO.

Peccatum quoddam certum, id eſt, infidelitatis intelligi voluit, quoniam non crediderunt in eum qui iuſtificat impiũ. Roma. 4.

INTERROGATIO L.

Si iuxta Ezechielis verba, iuſtitiæ iuſti obliuione tradentur in quacunque die peccauerit, quomodo conſequens, quod Paulus ſcribit, quia deus reddit vnicuique ſecundũ opera ſua: cùm ſi quid de iuſtitiæ operibus iuſtus habuit, tunc id perdidit quùm deliquit, præſertim cùm & Paulus Apoſtolus ſcribat, quòd vniuſcuiuſque opus, id eſt, & bona & mala per ignem ſint ponderanda? Ezech. 33 1. Cor. 3. Roma. 2.

RESPONSIO.

Videamus ne fortè abſolutionem ſui in ſeipſo ſermo diuinus inueniat, ſi obſeruemus quomõ ſcriptũ eſt, quia dicit: Cùm auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua

& non ſufficit vt diceret, Cùm auerſos fuerit à iuſtitia ſua:ſed addidit, Et fecerit omnem impietatem, ſecundum omnes iniquitates quas fecerit iniquus. In quo videtur latēter huiuſmodi inſeruiſſe intellectũ, vt ſi fortè non ſecũdum omnes iniquitates quas fecit iniquus, fecerit & iuſtus, non oẽs iuſtitiæ eius de memoria auferētur. Si verò oẽs iniquitates fecerit quas fecit iniquus, tũc demũ omnes iuſtitiæ in lapſu eius de memoria ſubtrahuntur. Hæc quanuis occultauerit in ſcripturis ſpiritusſanctus, propter hos qui diuitias bonitatis & patientiæ eius contemnunt, non tamen penitus abſtulit. Si igitur ſub iſto intellectu accipiatur illud quod Paulus dixit, non erit omnino contrarium. Nam & beatus Gregorius, iuxta tranſlationem nouam hoc teſtimonium ſub iſto intellectu ediſſerit, dicens: Quum dicitur, iuſtus in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit, hoc nobis maximè conſiderandum eſt, quod quum mala committimus, ſine cauſa ad memoriam bona noſtra tranſacta reuocantur, quoniã in perpetratione malorum, nulla debet eſſe fiducia bonorum præteritorum.

INTERROGATIO LI.

Quomodo Ezechiel propheta motus animalium narrat, dicens: Non reuertebantur cùm incederunt: & paulò pòst quaſi econtrario ſubiiciens, dicit: Et animalia ibant & reuertebãtur? *Ezech.1.* *Ibidem.*

RESPONSIO.

Sancta quippe animalia aliquando vadunt, & minimè redeunt, aliquando vadunt & protinus reuertuntur, quòd electorum mentes cùm per collatam ſibi actiuę vitæ gratiam, erroris vias deſtruũt, redire ad mala mundi neſciunt quæ reliquerunt. Cùm verò per contemplationis aciem & ab hac ſe eadem actiua vita ſuſpendunt, eunt & redeunt, quòd per hoc quandiu perſiſtere minimè in contemplatione ſufficiunt, ſeſe iterum ad operationem fundunt: vt in his quæ ſibi iuxta ſunt, ſe exercendo refoueant, & ſuper ſe rurſum ſurgere contemplando conualeſcant.

INTERROGATIO LII.

Cùm dominus per Ezechielem dicat, ego dedi eis præcepta non bona: quomodo Paulus quaſi econtrario dicit, Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum? *Ezec.30.* *Roma.7.*

RESPONSIO.

Mala enim quaſi mala eſſe deſinunt comparatione peiorum, & bona quaſi bona non ſunt comparatione meliorum. Nam ſicut peius delinquenti Iudææ, de Sodoma atq; Samaria dicitur. Iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es: ita meliorib᷒ teſtamenti noui præceptis ſubſequentibus, præcepta bona quæ rudibus data ſunt, non bona eſſe memorantur,

INTERROGATIO LIII.

Ezech.3. *Cùm in Ezechielis libro de volumine quod acceperat ſcriptum ſit, Et factum eſt in ore meo ſicut mel dulce: qua ratione poſt modum Ezechiel ipſe de ſe loquatur, dicens,* Eze.3. *Abij amarus in indignatione ſpiritus mei?*

RESPONSIO.

Mirum quippe valde eſt, ſi dulcedo ſimul & amaritudo conueniant. Sed ſciendum eſt, quia cui ſermo Dei in ore dulceſcere cœperit, huius proculdubio contra ſemetipſum animus amareſcit. Quũ enĩ in illo ſubtili᷒ diſcit qualiter ſe reprehendere debeat, eò ſe durius per amaritudinem pœnitentiæ caſtigat, quòd tantò ſibi magis diſplicet, quantò in ſacro volumine amplius de omni potente deo

videt quæ amet.

INTERROGATIO LIIII.

Cùm in viſione ſpiritualis ædificij Ezechiel propheta prius dicat, ſe vidiſſe quod gazophylacia ad auſtralem viam facies haberent: qua ratione poſt ſubiicit, quòd gazophylacium quod reſpicit viam meridianam, ſacerdotum eſt, qui excubant in cuſtodiis templi, & gazophylaciũ quod reſpicit viam Aquilonis, ſacerdotum qui excubant ad miniſterium altaris? Si vtraque facies ad auſtralem viam tendebat, quomodo nũc vnum ad meridianam, atque aliud ad Aquilonis viam reſpicere dicitur? Ezec. 4 Eze. 40.

RESPONSIO.

In his verbis agnoſcimus, quòd gazophylacium ſacerdotum qui excubabant in cuſtodiis templi, ita poſitum fuerat vt ſolam meridianam viam reſpiceret: gazophylacium verò ſacerdotũ qui excubabãt ad miniſterium altaris, ita erat in atrio, vt auſtralem viam & aquilonis faciem intenderet: quatenus & cum gazophylacio ſacerdotum, qui excubabant in cuſtodiis templi, meridianam viã reſpiceret, & tamen ſine gazophylacio eorundem ſacerdotũ ab Aquilonis via videret. Sed quid eſt hoc, quod in his ver-

bis myſticis poſſumus intueri, niſi hoc quod ſecundum ea, quæ præmiſſa ſunt, iã ſpiritualis auditor intelligit, quòd ſacerdotes maioris ordinis, qui excubant in cuſtodiis templi, ſolam meridianam viã reſpiciunt, quoniam ſolis ſtudiis ſpiritualibus occupati, his quæ amoris dei ſunt, ſolicitè intendunt. Sacerdotes autem minoris ordinis, qui diſcutiendis peccatis delinquentium præſunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reflectunt, vt in mente peccantium quæ ſint torporis frigora videant, & hæc verbis correctionis vſq; ad pœnitentiæ gemitus reducentes, quaſi carnes in altare domini incendent. reſpiciebant etiam cum magnis ſacerdotibus ad meridianam viam: quia quantùm ad ſemetipſos eſt, feruẽt igne charitatis, & ſuccenſi ſunt flammis amoris dei. Sed quia peccatũ delinquentium crebrò corrigunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reducunt.

INTERROGATIO LV.

Si poſt tres annos, ſicut in principio Danielis ſcriptum eſt, pueri ipſi ingreßi ſunt in conſpectum Nabuchodonoſor: quomodo in ſubſequenti viſione ſcribitur, Anno ſecundo Nabuchodonoſor, vidit Nabuchodonoſor ſomnium. Hæc

Dan.1.

Dan.2.

magnam inter ſe videntur habere contrarietatē, pro eo quod pueri ipſi, qui nuſquam antea, niſi poſt tres annos in conſpectum prædicti regis primùm introducti atque interrogati ſunt, nunc in ſecundo Nabuchodonoſor anno & ipſum Nabuchodonoſor ſomnium vidiſſe, & Danielem interpretationem ſomnij ipſius aperuiſſe ſcriptura commemorat.

RESPONSIO.

Hoc ita ſoluunt Hebræi, ſecūdum hîc annum dici regni eius, omnium gentiū barbarum, non Iudææ tantùm & Chaldæorum, ſed Aſſyriorum quoque & Aegyptiorum, Moabitarum, & reliquarum nationum, quas domino concedente ſuperarat. Vnde & Ioſephus in decimo Antiquitatum ſcribit libro. Poſt annum ſecundum Aegyptiæ vaſtitatis, rex Nabuchodonoſor vidit ſomnium mirabile.

INTERROGATIO LVI.

Cùm Daniel ſententiam Dei, quam incommutabilem nouerat, iam prius Nabuchodonoſor regi de vltione regni ſui prædixiſſet implendam, dicens: Eiiciant te ab hominibus, & cum beſtiis & feris erit habitatio tua: quomodo in ſubſequentibus eundem Na- Dan. 4. Dan. 4.

buchodonoſor, pro immutatione eiuſdem ſententiæ ad pœnitentiam cohortatur, dicens: Quamobrem rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum, ſi forſitan ignoſcat Deus delictis tuis?

RESPONSIO.

Eſaiæ 38 Hoc facilè ſoluitur Ezechiæ regis exemplo, quem Eſaias dixerat moriturum eſſe, & Niniuitarũ quibus dictũ erat, Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur, & tamen ad preces Ezechiæ & Niniues, dei ſentẽtia mutata eſt, non vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruerunt indulgentiam. Alioquin & in Hieremia loquitur deus ſe mala minari ſuper gentem, & ſi bona fecerit, minas clemẽtia cõ mutare. Rurſum bona agenti ſe aſſerit polliceri, & ſi mala fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſententiam, non in homine, ſed in operibus quæ mutata ſunt. Neque enĩ deus hominibus, ſed vitiis iraſcitur, quæ cùm in homine non fuerint, nequaquam punit, quia mutatus eſt.

INTERROGATIO LVII.

Dan. 1. *Cùm in Danielis libro, in fine primæ viſionis, pro ipſo Daniele ſcribatur, Fuit Daniel vſque ad annum primum Cyri regis: quo-*

modo in eodem libro econtrario ſcribitur, Anno tertio Cyri regis Perſarum, verbum reuelatum eſt Danieli? *Dan.10.*

RESPONSIO.

Quod dicitur fuiſſe Danielem vſq; ad annum primum Cyri regis, non vitæ illius tempus accipiendum eſt, ſed hoc ſignificatur ꝙ vſque ad primum annũ Cyri regis, qui Chaldæorum deſtruxit imperium, Daniel potens fuerit in Chaldęa. Poſtea verò à Dario trãſlatus eſt in Medos. Item in expoſitione Ezechielis idem Hieronymus ſic dicit fuiſſe Danielem apud Chaldęos in priſtina dignitate, purpura byſſóque veſtitum, vſque ad primum annũ Cyri regis intelligimus, quãdo ſubuertit Chaldæos, & poſtea cœpit eſſe cũ Dario filio Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnũ Chaldæorum. Aut certè iam Dario mortuo, cuius anno primo lxx. hedomadarum ſacramenta cognouerat, nunc tertio anno Cyri regis hęc vidiſſe narrantur.

INTERROGATIO LVIII.

Cùm in libro Danielis ſcriptum ſit, pro viſione, quam angelo interpretãte cognouit, vbi ait, Cùm viderem ego Daniel viſionem, & quære- *Dan.8.* *Dan.8.*

rem intelligentiã, audiui vocem viri dicẽtis, Gabriel, fac intelligere iſtam viſionem virum iſtum: quomodo ſtatim ſubiungitur econtrario, vbi ipſe Daniel ait, Et ſtupebant ad viſionem, & non erat qui interpretaretur? Si non erat qui interpretaretur quomodo ſuprà interpretatus eſt angelus?

RESPONSIO.

Quod dicit, hoc eſt: reges audierat, & eorum nomina neſciebat: futura cognouerat, & quo futura eſſent tempore, dubius fluctuabat.

INTERROGATIO LIX.

Oſeæ 8. *Cùm dominus per Oſeam prophetam, de reprobis regibus dicat, Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: quomodo econtrario Iob dicit: Qui regnare facit hypocritã propter peccata populi? Quis enim rectẽ ſentiens dicat, quòd fecit dominus quod minimẽ cognoſcit?* *Iob* 34.

RESPONSIO.

Scire Dei, approbare eſt: neſcire, reprobare. Vnde quibuſdam quos reprobat, dicit: Neſcio vos, vnde ſitis. Et aliquando facere Dei, eſt id quod fieri prohibet, iraſcẽdo permittere. Vnde & regis Aegypti cor ſe obdurare aſſeruit, quòd videlicet obdurari permiſit. Miro modo hy- *Mat.* 25.

pocritas dominus & regnare facit,& neſcit: facit ſinendo, neſcit reprobando.

INTERROGATIO LX.

Quomodo Amos propheta inquiſitus reſpondit, Non ſum propheta: quum & prophetam eum nouerimus, & verba prophetiæ illius teneamur? Amos 7

RESPONSIO.

Eadem hora qua requiſitus eſt prophetiæ ſibi ſpiritũ deeſſe ſenſit, & de ſemetipſo teſtimonium veraciter intulit, dicẽs: Non ſum propheta. Qui tamen ſecutus adiunxit. Et nunc audi verbum domini, hæc dicit dominus. Vxor tua in ciuitate fornicabitur,& filij tui & filiæ tuę in gladio cadẽt,& humus tua funiculo metietur,& tu in terra polluta morieris. Quibus prophetæ verbis apertè oſtẽditur, ꝙ dum de ſe illa loqueretur, impletus eſt,& mox habere prophetandi ſpiritum meruit, quia ſe prophetam non eſſe humiliter agnouit.

INTERROGATIO LXI.

Cùm Zacharias dicat pro deriſoribus Chriſti, videbunt in quem pupugerunt: quomodo quaſi econtrario de ipſis videtur Eſaias dixiſſe, Tollatur impius, vt non videat claritatem domini? Zach. 12.

RESPONSIO.

Iſte eſt ſenſus: Ego quidem naturaliter non iraſcor, ſed illi ita agũt, vt me ad iracundiam prouocent, & meam videar mutare naturam, Sentiant igitur iratũ quod quantùm in ſe eſt, facere conantur.

INTERROGATIO XLVIII.

Cùm nouerimus, quòd Hiiremias propheta ſilentium ſibi prædicationis indixerit, per hoc
Hier. 20 *quod dicit. Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius: quomodo quaſi econtrario ſtatim ſubiungit, Factus eſt in corde meo quaſi*
Hier. 20. *ignis exæſtuans, clauſúſque in oſsibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens, Audiui enim contumelias multorum?*

RESPONSIO.

Pro eo enim quòd, ſe minimè audiri conſpexit, ſilentium appetiit. Sed quum creſcentia mala cerneret, in eodem ſilentio non permanſit. Quòd enim foris tacuit, ex tædio locutionis intus ignẽ pertulit dè zelo charitatis.

INTERROGATIO XLIX.

Cùm multiplicia & dura peccata Iudæorũ
Eſaiæ 3. *ante aduentum Chriſti, prophetarum vocibus prædicata ſint, ſicut illud: Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt: nec abſconderunt. & in*
Hier. 20 *Hieremia, peccatum Iuda conſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamãtino, &c. quomodo Chri*

ſtus in Euangelio quaſi econtrario videtur de Iudæis dixiſſe, ſi non veniſſem, peccatum non ha berent? Quid hoc eſt? nunquid ſine vllo peccato erant antequam Chriſtus in carne naſceretur? & ex quo venit, nunc cœperunt habere peccatum? Iob 15.

RESPONSIO.

Peccatum quoddam certum, id eſt, infidelitatis intelligi voluit, quoniam non crediderunt in eum qui iuſtificat impiũ. *Roma.4.*

INTERROGATIO L.

Si iuxta Ezechielis verba, iuſtitiæ iuſti obliuione tradentur in quacunque die peccauerit, quo modo conſequens, quod Paulus ſcribit, quia deus reddit vnicuique ſecundũ opera ſua: cùm ſi quid de iuſtitiæ operibus iuſtus habuit, tunc id perdidit quum deliquit, præſertim cùm & Paulus Apoſtolus ſcribat, quòd vniuſcuiuſque opus, id eſt, & bona & mala per ignem ſint ponderanda? Ezech.33 1.Cor.3. Roma. 2.

RESPONSIO.

Videamus ne fortè abſolutionem ſui in ſeipſo ſermo diuinus inueniat, ſi obſeruemus quomõ ſcriptũ eſt, quia dicit: Cùm auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua

& non ſufficit vt diceret, Cùm auerſus fuerit à iuſtitia ſua: ſed addidit, Et fecerit omnem impietatem, ſecundum omnes iniquitates quas fecerit iniquus. In quo videtur latēter huiuſmodi inſeruiſſe intellectū, vt ſi fortè non ſecūdum omnes iniquitates quas fecit iniquus, fecerit & iuſtus, non oēs iuſtitiæ eius de memoria auferētur. Si verò oēs iniquitates fecerit quas fecit iniquus, tūc demū omnes iuſtitiæ in lapſu eius de memoria ſubtrahuntur. Hæc quanuis occultauerit in ſcripturis ſpiritusſanctus, propter hos qui diuitias bonitatis & patientiæ eius contemnunt, non tamen penitus abſtulit. Si igitur ſub iſto intellectu accipiatur illud quod Paulus dixit, non erit omnino contrarium. Nam & beatus Gregorius, iuxta tranſlationem nouam hoc teſtimonium ſub iſto intellectu ediſſerit, dicens: Quum dicitur, iuſtus in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit, hoc nobis maximè conſiderandum eſt, quod quum mala committimus, ſine cauſa ad memoriam bona noſtra tranſacta reuocantur, quoniā in perpetratione malorum, nulla debet eſſe fiducia bonorum præteritorum.

INTERROGATIO LI.

Quomodo Ezechiel propheta motus animalium narrat, dicens: Non reuertebantur cùm incederunt: & paulò pòſt quaſi econtrario ſubiiciens, dicit: Et animalia ibant & reuertebãtur? Ezech.1. Ibidem.

RESPONSIO.

Sancta quippe animalia aliquando vadunt, & minimè redeunt, aliquando vadunt & protinus reuertuntur, quòd electorum mentes cùm per collatam ſibi actiuę vitæ gratiam, erroris vias deſtruũt, redire ad mala mundi neſciunt quæ reliquerunt. Cùm verò per contemplationis aciem & ab hac ſe eadem actiua vita ſuſpendunt, eunt & redeunt, quòd per hoc quandiu perſiſtere minimè in contemplatione ſufficiunt, ſeſe iterum ad operationem fundunt: vt in his quæ ſibi iuxta ſunt, ſe exercendo refoueant, & ſuper ſe rurſum ſurgere contemplando conualeſcant.

INTERROGATIO LII.

Cùm dominus per Ezechielem dicat, ego dedi eis præcepta non bona: quomodo Paulus quaſi econtrario dicit, Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum? Ezec.30. Roma.7.

RESPONSIO.

Mala enim quaſi mala eſſe deſinunt comparatione peiorum ,& bona quaſi bona non ſunt comparatione meliorum. Nam ſicut peius delinquenti Iudææ, de Sodoma atq; Samaria dicitur. Iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es:ita meliorib' teſtamenti noui præceptis ſubſequentibus, præcepta bona quæ rudibus data ſunt,non bona eſſe memorantur,

INTERROGATIO LIII.

Ezech.3. *Cùm in Ezechielis libro de volumine quod acceperat ſcriptum ſit, Et factum eſt in ore meo ſicut mel dulce: qua ratione poſt modum Eze-*
Eze.3. *chiel ipſe de ſe loquatur,dicens, Abij amarus in indignatione ſpiritus mei?*

RESPONSIO.

Mirum quippe valde eſt, ſi dulcedo ſimul & amaritudo conueniant. Sed ſciendum eſt,quia cui ſermo Dei in ore dulceſcere cœperit,huius proculdubio contra ſemetipſum animus amareſcit.Quũ enĩ in illo ſubtili' diſcit qualiter ſe reprehendere debeat,eò ſe durius per amaritudinem pœnitentiæ caſtigat, quòd tantò ſibi magis diſplicet, quantò in ſacro volumine amplius de omni potente deo

videt quæ amet.

INTERROGATIO LIIII.

Cùm in viſione ſpiritualis ædificij Ezechiel propheta prius dicat, ſe vidiſſe quod gazophylacia ad auſtralem viam facies haberent: qua ratione pòſt ſubiicit, quòd gazophylacium quod reſpicit viam meridianam, ſacerdotum eſt, qui excubant in cuſtodiis templi, & gazophylaciũ quod reſpicit viam Aquilonis, ſacerdotum qui excubant ad miniſterium altaris? Si vtraque facies ad auſtralem viam tendebat, quomodo nũc vnum ad meridianam, atque aliud ad Aquilonis viam reſpicere dicitur? Ezec. 4 Eze. 40.

RESPONSIO.

In his verbis agnoſcimus, quòd gazophylacium ſacerdotum qui excubabant in cuſtodiis templi, ita poſitum fuerat vt ſolam meridianam viam reſpiceret: gazophylacium verò ſacerdotũ qui excubabãt ad miniſterium altaris, ita erat in atrio, vt auſtralem viam & aquilonis faciem intenderet: quatenus & cum gazophylacio ſacerdotum, qui excubabant in cuſtodiis templi, meridianam viã reſpiceret, & tamen ſine gazophylacio eorundem ſacerdotũ ab Aquilonis via videret. Sed quid eſt hoc, quod in his ver-

bis myſticis poſſumus intueri, niſi hoc quod ſecundum ea, quæ præmiſſa ſunt, iã ſpiritualis auditor intelligit, quòd ſacerdotes maioris ordinis, qui excubant in cuſtodiis templi, ſolam meridianam viã reſpiciunt, quoniam ſolis ſtudiis ſpiritualibus occupati, his quæ amoris dei ſunt, ſolicitè intendunt. Sacerdotes autem minoris ordinis, qui diſcutiendis peccatis delinquentium præſunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reflectunt, vt in mente peccantium quæ ſint torporis frigora videant, & hæc verbis correctionis vſq; ad pœnitentiæ gemitus reducentes, quaſi carnes in altare domini incendent. reſpiciebant etiam cum magnis ſacerdotibus ad meridianam viam: quia quantùm ad ſemetipſos eſt, feruẽt igne charitatis, & ſuccenſi ſunt flammis amoris dei. Sed quia peccatũ delinquentium crebrò corrigunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reducunt.

INTERROGATIO LV.

Si poſt tres annos, ſicut in principio Danie-
Dan.1. *lis ſcriptum eſt, pueri ipſi ingreßi ſunt in conſpe*
ctum Nabuchodonoſor: quomodo in ſubſequenti
Dan.2. *viſione ſcribitur, Anno ſecundo Nabuchodonoſor, vidit Nabuchodonoſor ſomnium. Hæc*

magnam inter ſe videntur habere contrarietatẽ, pro eo quod pueri ipſi, qui nuſquam antea, niſi poſt tres annos in conſpectum prædicti regis primùm introducti atque interrogati ſunt, nunc in ſecundo Nabuchodonoſor anno & ipſum Nabuchodonoſor ſomnium vidiſſe, & Danielem interpretationem ſomnij ipſius aperuiſſe ſcriptura commemorat.

RESPONSIO.

Hoc ita ſoluunt Hebræi, ſecũdum hîc annum dici regni eius, omnium gentiũ barbarum, non Iudææ tantùm & Chaldæorum, ſed Aſſyriorum quoque & Aegyptiorum, Moabitarum, & reliquarum nationum, quas domino concedente ſuperarat. Vnde & Ioſephus in decimo Antiquitatum ſcribit libro. Poſt annum ſecundum Aegyptiæ vaſtitatis, rex Nabuchodonoſor vidit ſomnium mirabile.

INTERROGATIO LVI.

Cùm Daniel ſententiam Dei, quam incommutabilem nouerat, iam prius Nabuchodonoſor regi de vltione regni ſui prædixiſſet implendam, dicens: Eiiciant te ab hominibus, & cum beſtiis & feris erit habitatio tua: quomodo in ſubſequentibus eundem Na- Dan. 4. Dan. 4.

buchodonoſor,pro immutatione eiuſdem ſententiæ ad pœnitentiam cohortatur ,dicens: Quamobrem rex,conſilium meum placeat tibi,& peccata tua eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordiis pauperum , ſi forſitan ignoſcat Deus delictis tuis?

RESPONSIO.

Eſaia 38 Hoc facilè ſoluitur Ezechiæ regis exemplo,quem Eſaias dixerat moriturum eſſe,& Niniuitarũ quibus dictũ erat,Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur,& tamen ad preces Ezechiæ & Niniues,dei ſentẽtia mutata eſt,non vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione , qui meruerunt indulgentiam. Alioquin & in Hieremia loquitur deus ſe mala minari ſuper gentem,&ſi bona fecerit,minas clemẽtia cõ mutare'. Rurſum bona agenti ſe aſſerit polliceri, & ſi mala fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſententiam , non in homine,ſed in operibus quæ mutata ſunt.Neque enĩ deus hominibus,ſed vitiis iraſcitur, quæ cùm in homine non fuerint,nequaquam punit,quia mutatus eſt.

INTERROGATIO LVII.

*Dan.*1. *Cùm in Danielis libro , in fine primæ viſionis , pro ipſo Daniele ſcribatur,Fuit Daniel vſque ad annum primum Cyri regis: quo-*

modo in eodem libro econtrario ſcribitur, Anno tertio Cyri regis Perſarum, verbum reuelatum eſt Danieli? *Dan.10.*

RESPONSIO.

Quod dicitur fuiſſe Danielem vſq; ad annum primum Cyri regis, non vitæ illius tempus accipiendum eſt, ſed hoc ſignificatur ꝙ vſque ad primum annũ Cyri regis, qui Chaldæorum deſtruxit imperium, Daniel potens fuerit in Chaldęa. Poſtea verò à Dario trãſlatus eſt in Medos. Item in expoſitione Ezechielis idem Hieronymus ſic dicit fuiſſe Danielem apud Chaldęos in priſtina dignitate, purpura byſſóque veſtitum, vſque ad primum annũ Cyri regis intelligimus, quãdo ſubuertit Chaldæos, & poſtea cœpit eſſe cũ Dario filio Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnũ Chaldæorum. Aut certè iam Dario mortuo, cuius anno primo lxx. hedomadarum ſacramenta cognouerat, nunc tertio anno Cyri regis hęc vidiſſe narrantur.

INTERROGATIO LVIII.

Cùm in libro Danielis ſcriptum ſit, pro viſione, quam angelo interpretãte cognouit, vbi ait, Cùm viderem ego Daniel viſionem, & quære- *Dan.8.* *Dan.8.*

rem intelligentiã, audiui vocem viri dicẽtis, Gabriel, fac intelligere iſtam viſionem virum iſtum: quomodo ſtatim ſubiungitur econtrario, vbi ipſe Daniel ait, Et ſtupebant ad viſionem, & non erat qui interpretaretur? Si non erat qui interpretaretur quomodo ſuprà interpretatus eſt angelus?

RESPONSIO.

Quod dicit, hoc eſt: reges audierat, & eorum nomina neſciebat: futura cognouerat, & quo futura eſſent tempore, dubius fluctuabat.

INTERROGATIO LIX.

Oſeæ 8. *Cùm dominus per Oſeam prophetam, de reprobis regibus dicat, Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: quomodo*
Iob 34. *econtrario Iob dicit: Qui regnare facit hypocritã propter peccata populi? Quis enim rectè ſentiens dicat, quòd fecit dominus quod minimẽ cognoſcit?*

RESPONSIO.

Mat. 25. Scire Dei, approbare eſt: neſcire, reprobare. Vnde quibuſdam quos reprobat, dicit: Neſcio vos, vnde ſitis. Et aliquando facere Dei, eſt id quod fieri prohibet, iraſcẽdo permittere. Vnde & regis Aegypti cor ſe obdurare aſſeruit, quòd videlicet obdurari permiſit. Miro modo hy-

pocritas dominus & regnare facit,& neſcit:facit ſinendo,neſcit reprobando.

INTERROGATIO LX.

Quomodo Amos propheta inquiſitus reſpondit, Non ſum propheta: quum & prophetam eum nouerimus, & verba prophetiæ illius teneamur? Amos 7

RESPONSIO.

Eadem hora qua requiſitus eſt prophetiæ ſibi ſpiritũ deeſſe ſenſit, & de ſemetipſoteſtimonium veraciter intulit,dicẽs: Non ſum propheta. Qui tamen ſecutus adiunxit. Et nunc audi verbum domini, hæc dicit dominus. Vxor tua in ciuitate fornicabitur,& filij tui & filiæ tuę in gladio cadẽt,& humus tua funiculo metietur,& tu in terra polluta morieris. Quibus prophetæ verbis apertè oſtẽditur, ꝙ dum de ſe illa loqueretur,impletus eſt,& mox habere prophetandi ſpiritum meruit,quia ſe prophetam non eſſe humiliter agnouit.

INTERROGATIO LXI.

Cùm Zacharias dicat pro deriſoribus Chriſti, videbunt in quem pupugerunt:quomodo quaſi econtrario de ipſis videtur Eſaias dixiſſe, Tollatur impius,vt non videat claritatem domini? Zach.12.

RESPONSIO.

Excęcatur impius, vt aliquid nõ videat. Viſurus eſt formam hominis de qua dictum eſt, Sic veniet. Non viſurus eſt formam dei, de qua dicitur, Oſtendam meipſum illi: quam non impij, ſed ſoli iuſti videbunt. Vnde propter ſolam formã hominis, quę & à iuſtis & ab iniuſtis videnda eſt, dictum eſt, Videbunt in quem pupugerũt: propter formã autem Dei, quæ à ſolis iuſtis videbitur, dictum eſt: Tollatur impius, ne videat, &c.

INTERROGATIO LXII.

Pſal. 4. *Cùm Dauid in Pſalmo quarto dicat, Iraſcimini, & nolite peccare: quomodo Paulus in epi-* *Col. 3.* *ſtolis ſuis dicit, Deponite omnem iram & indignationem?*

REFSONSIO.

Alia eſt ira qua zelo iuſtitię commouemur, alia qua irrtionabili motu ferimur. Non ergo illã Apoſtolus quæ de iuſtitia deſcẽdit, abſcĩdere voluit, præſertim cùm idipſum teſtimoniũ de pſalmo in epiſto- *Pphe. 4.* la ad Epheſios adſumpſerit, dicens: Iraſcimini, & nolite peccare. acſi dixiſſet, ſic iraſcimini, vt à culpa abſtineatis, ſed omnem potius iram, quę de irrationabili motu procedit, voluit amputari.

INTERROGATIO LXIII.

Quo

Qomodo Dauid in pſalmo quinto decimo dicat, Caro mea requieſcit in ſpe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem: cùm quaſi econtra videatur dicere in pſalmo xxix. Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? *Pſal.15.* *Pſal.29.*

RESPONSIO.

Quòd dicit, Caro mea requieſcit in ſpe, quoniam non derelinques animam, &c. vtiq; pſalmiſta ex perſona Chriſti id affirmatiuè ꝓnunciat, ac ſi diceretur ex voce filij Dei ad Deum patrem: Caro mea in ſpe reſurrectionis obdormiet, quia nõ dabis animam meam inferis poſsidendã, neque ſanctificatum corpus meum, per quod & alij ſanctificandi ſunt, corrumpi patieris. Hoc autem quod videtur eſſe cõtrarium, hoc eſt, quod & illud nec diuerſum eſt, dicit enim quodammodo Chriſtus ad patrem: Quæ vtilitas in effuſione ſanguinis mei, ſi ſic fuerit corrupta caro mea, quomodo & cęterorum hominum, *Pſal.29.* vt in fine reſurgam? Nunquid confitebitur tibi puluis, id eſt, turba impiorũ, quę niſi me reſurgente iuſtificari nõ poterit? Ergo ſic intellecta, non ſunt contraria.

INTERROGATIO LXIIII.

Pſal. 114 *Cùm pſalmiſta dicat, Dolores inferni inuenerunt me: necnon & illud, Deus noſter refugium*
Pſal. 45. *& virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis: quomodo immutato alio locutionis genere, non ſe à tribulationibus inuentum*
Pſal. 114. *eſſe, ſed ſe tribulationem potius inueniſſe teſtatur, dicens: Tribulationem & dolorem inueni?*

RESPONSIO.

Aliæ ſunt tribulationes vel dolores quas nos inuenimus: & aliæ quæ nos inueniunt. Nam quando ſine alicuius admonitione vel perſecutione homo conſiderat factũ ſuum, & rogans Deum, plangit & contremiſcit, iſte vtiq; tribulationem & dolorem inuenit: qui hic aut alio increpante, aut altero admonẽte, aut percutiente cõteritur, hunc tribulationes & dolores inueniunt.

INTERROGATIO LXV.

Pſal. 21. *Cùm Dauid propheta in vigeſimo primo pſalmo non exauditum ſe conqueratur, dicens: Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies, & nocte: quomodo ecõtra in eodem pſalmo teſtatur dicens:*
Pſal. 21. *Non auertit faciem ſuam à me, & dum clamarem ad eum, exaudiuit me?*

RESPONSIO.

Dominus Chriſtus ex perſona veteris hominis, cuius immortalitatem portabat, verbis delictorum clamare ſe dicit die ac nocte, & non exaudiri: verba enim delictorum ſunt, & non iuſtitiæ, cùm clamatur ad Dominum per diem, id eſt, in proſperitate, vt hæc ipſa proſperitas non mutetur, & cùm clamatur nocte, vt aduerſitas proſperetur. Hæc igitur talis petitio, longè eſt à ſalute. Nam inde & ſequitur, & non ad inſipientiam mihi, id eſt, neque hoc facias ad inſipientiam mihi, ſed potius vt ſapiam, quid velis me clamare, non verbis delictorum & deſiderio temporalis vitæ, ſed verbis conuerſionis, atque in vitam ęternam. Ex his igitur verbis conuerſionis, atque iuſtitiæ, in ſubſequentibus idem exauditum ſe commemorat, dicens: Non ſpreuit neque deſpexit precem pauperis, neque auertit faciem ſuam à me, & dum clamarē ad eum, exaudiuit me, id eſt, nō illius qui verbis delictorum clamans ad Deum vitam iſtā, id eſt, proſperitatē tranſire nolebat, ſed precem pauperis exaudiuit. Qui ergo verbis delictorū ſuperius clamaſſe, & non exauditū ſe cōteſtatur, ipſe verbis iuſtitiæ deprecās, ſe cōmemorat exaudi-

ditum. Clamauit ſuperius verbis delictorum, ex perſona veteris hominis, exauditus non eſt. Clamauit ſubterius verbis iuſtitiæ & conuerſionis ad deũ, ex perſona hominis ad nouam vitam pertinentis, & exauditus eſt.

INTERROGATIO LXVI.

Pſal. 24. *Cùm pſalmiſta in pſalmo vigeſimo quarto dicat, Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas: quomodo in alio pſalmo econtrario dicit, Omnes viæ tuæ veritas: vel ſicut in alia tranſlatione legitur, Omnia mandata tua veritas?* *Pſal. 118*

RESPONSIO.

Erga ſanctos & vniuerſæ viç domini miſericordia, & vniuerſç viç domini veritas: quia & in iudicãdo ſubuenit, atq; ita non deeſt miſericordia: & in miſerãdo id exhibet quod promiſit, ne veritas deſit. Erga omnes autẽ, & quos liberat, & quos damnat, omnes viæ domini miſericordia & veritas: quia vbi non miſeretur, vindictç veritas exhibetur, multos quippe immeritos liberat, immeritum autem neminem damnat.

INTERROGATIO LXVII.

Pſa. 29. *Quomodo pſalmiſta in vigeſimo nono pſalmo contraria de ſe prædicare videtur? ait enim: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternũ.*

& poſt modicũ ſubiungit, Auertiſti faciem tuã à me, & factus ſum conturbatus.

RESPONSIO.

Quia de confidentia virtutis intumuit, dicit: Ego dixi in abundãtia mea, &c. Sed paulò pòſt, quid pertulit, adiunxit: Auertiſti faciem tuã, &c. ac ſi apertè dicat, Fortem me inter virtutes credidi, ſed quantę infirmitatis ſim, derelictus agnoui. Hinc rurſus dicit, Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitię tuæ. Sed quia eius viriũ non erat, manere in cuſtodia quam iurabat, debilitatem ſuam protinus turbatus inuenit. Vnde & ad preces & opem repente ſe contulit, dicens: Humiliatus ſum vſquequaque, viuifica me ſecundũ verbum tuum. *Pſal.* 118

INTERROGATIO LXVIII.

Quomodo Dauid dicat, Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas domino, & tu remiſiſti, &c. & illud quod alibi dicitur, Peccator quum ingemuerit, ſaluus erit: cũ ecõtra in Euangelio ille cæcus dixerit, Nos ſcimus quia peccatores deus non exaudit? *Pſal.* 31. *Iob* 9.

RESPONSIO.

Quia Deus peccatores audiat, ex multis ſcripturarum locis monſtratur, ſicut de *Luce* 18.

publicano illo vel de aliis in euãgelio ſcri bitur. Hoc autem quod cęcus iſte dixit, quaſi adhuc inunctus loquitur. Ac proinde non eſt ita accipiendum, ꝙ Deus peccatores non audiat. Si non exaudit in miraculis, exaudit pro culpis.

INTERROGATIO LXIX.

Pſal. 33. *Cùm pſalmiſta in pſalmo trigeſimo tertio dicat, Semper laus eius in ore meo: quomodo econtrario ſpecialem numerum tenens in pſalmo cen-*
Pſal. 118. *teſimo decimo octauo dicit? Septies in die laudem dixi tibi?*

RESPONSIO.

Septenarium laudis numerum poſuit, propter ſeptem dies, quibus mundus iſte peragitur, in quibus ſemper laus Deo refertur.

INTERROGATIO LXX.

Pſal. 37. *Quomodo pſalmiſta in pſalmo trigeſimo ſeptimo ex perſona Chriſti dicat, Vim fecerunt qui quærebant animam meam: cùm econtra ſimiliter ex*
Pſal. 141. *perſona Chriſti in centeſimo quadrageſimo primo redarguens dicat, Non eſt qui quærat animã meam? Si quoſdam redarguit quaſi inimicos, qui non quærat anima eius, ergo amici erant quærẽtes animam eius?*

RESPONSIO.

Quæritur anima Chriſti & bene,& malè.Bene,qui incorporari cupiunt mēbris eius : malè autem, qui vim faciunt, & perſequuntur vel illum vel membra ipſius. Quis eſt qui quęrit bene animam ipſius ? Qui eius paſſione imitatur. Qui ſunt qui quærebant malè animam eius? Qui ei vim faciebant, & crucifigebant eum.

INTERROGATIO LXXI.

Quomodo Dauid in pſalmo quadrageſimo tertio dicat, Exurge,quare obdormis domine? & quaſi econtra in pſalmo centeſimo vigeſimo, Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſraël? Si nō dormit,neque dormitat qui cuſtodit Iſraël,quomodo clamatur ad eum, Exurge,quare obdormis domine? Pſal. 43. Pſal. 120

RESPONSIO.

Dormit Dominus in cordibus infidelium , non dormit in cordibus Chriſtianorum. Ergo cùm canitur, Exurge, quare obdormis domine ? pro infidelibus hoc Eccleſia clamat, qui Chriſtum mortuum, ſed reſurrexiſſe non credunt: & ideo, quaſi in cordibus talium ſemper dormit Chriſtus. Quia Chriſtum adhuc mortuum putant, ad hoc petitur vt reſurgat in illis ; id eſt, vt fides præſte-

tur illis, qua credant eum reſurrexiſſe à mortuis. Cùm autem canimus, quòd non dormit neque dormitat qui cuſtodit Iſraël: quia Iſraël, videns Deum interpretatur, ad ſolos fideles hoc teſtimonium refertur, qui Chriſtum à ſomno mortis ſuſcitatum, non dormientem, id eſt mortuum, ſed viuentem in ſecula cõfitentur.

INTERROGATIO LXXII.

Cùm in quadrageſimo quarto pſalmo ex voce aduocatis dei, animæ dicatur humanæ: Audi fi-
Pſal. 44. *lia & vide, & inclina aurem tuam: quomodo alterius patris mentionem faciens, ſubiungit, ecõ trario dicens, Et obliuiſcere populum tuum, &*
Ibidem. *domum patris tui?*

RESPONSIO.

Aduocat hîc Deus pater filiam, id eſt, animam hominis, vt de domo alterius patris ſui, id eſt, mundi huius exeat, & ad ſpeciem patris, creatoris vtique ſui redi-
Gala. 4. re contendat. Quòd ita fit, quum mortificati cum Chriſto ab elementis huius mundi, contemplamur ſecundum Apoſtolum, iam non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur, quæ enim videntur,
2. Cor. 4. temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.

INTERROGATIO LXXIII.

Quomodo vnus idemque propheta Dauid cùm dixiſſet, Immola Deo ſacrificium laudis & redde altiſsimo vota tua, quaſi econtrario videtur dicere: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis verò non delectaberis? Quomodo & delectari, & non delectari Deum humanis ſacrificiis dicit? Pſal. 49. Pſal. 50.

RESPONSIO.

Sacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramẽtum (id eſt, ſacrum ſignum) eſt: Vnde ille pœnitẽs apud prophetam, vel ipſe propheta, quærens deum peccatis ſuis habere propicium: Si voluiſſes inquit, ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis, Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, Cor contritum & humiliatum Deus nõ ſpernit. Intuemur quemadmodum vbi Deũ dixit nolle ſacrificiũ, ibi Deũ oſtendit velle ſacrificiũ. Non vult ergo ſacrificium trucidati pecoris, ſed vult ſacrificiũ cõtriti cordis. Illo igitur quo eũ nolle dixit, hoc ſignificatur quod eum velle ſubiecit. Ac per hoc vbi ſcriptum eſt, Miſericordiam volo & non ſacrificium, nihil aliud quàm ſacrificium ſacrificio prælatum oportet intelligi, quum illud quod ab hominibus ap-

pellatur ſacrificium, ſignum eſt veri ſacrificij. Porrò autem miſericordia verum ſacrificium eſt. Vnde & Apoſtolus ait: Beneficientiæ autem & communicationis nolite obliuiſci, talibus enim ſacrificiis placatur deus.

Pſal.49. INTERROGATIO LXXIIII.

Cùm Dauid propheta dicat, Peccatori dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? quomodo
Philip.1. *Paulus videatur econtrario præcipere, vbi etiam malos in prædicationem admittit, dicens: Siue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus adnun-*
Mat.23. *cietur? & illud Euangelij: Quod dicunt, facite: quæ autem faciunt facere nolite?*

RESPONSIO.

Sed hæc dicta ſunt ne timeant, qui audiunt, à quocunque audiant: nõ vt ſecuri ſint, qui dicunt bona & faciunt mala. ſed noluit deus ſine correptione dimittere illos qui dicunt, ne hoc ſolo quod dicũt, ſecuri, obdormiſcant in mala vita, & dicant ſibi, Neque enim perdet nos deus, per quorum os voluit tanta bona dici populo ſuo. Secundum hunc igitur intellectum, prædicatores peccatores admonentur ne viuant malè, & prædicent bene, non vt os ſuum prohibeant à præ-

dicamento iuſtitiæ.

INTERROGATIO AVGVS. LXXV.

Cùm in pſalmo quinquageſimo ſecundo ſcriptum ſit, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum: quomodo ſtatim bonorum nomen ſubiungitur, dicendo: Qui deuorant populum meum? Si non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, quis eſt iſte populus, qui dei tãtum populus nominatur? Nec enim poteſt dei populus dici niſi bonum faciendo, & inhærendo illi. Pſal. 52. Ibidem.

RESPONSIO.

Ecce in vno eodemque pſalmo, & boni, id eſt, dei populus deſcribuntur, & quòd non ſit qui faciat bonum vſque ad vnum, ſententia ſuperiori præfertur, propheta enim volens diſtinguere filios dei à filiis hominum, dixit: Nõ eſt qui faciat bonum, &c. Quod pertinet ad filios hominum, qui adhuc filij dei nondum ſunt, De his enim ſuperius dixerat: Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum. Idem dixit, qui deuorant populum meũ. Ecce hîc populum dei nominauit, quod vtique pertinet ad filios dei.* Iſta voce filij dei ſumus. Tolle ergo quòd homines filij dei ſunt, remanet quod filij hominum ſunt, id eſt, reprobi & peccatores

de quibus dictum accipitur. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Cùm autem inter malos quidã boni inueniuntur, ipſi filij dei ſunt, qui hoc loco populus dei nominatur. Qui etiam ſicut cibus panis à filiis hominum, id eſt, ab iniquis deuoratur, quum à perſequẽtibus lacerantur. Cùm autem & ipſi mali boni efficiuntur, iam non filij hominum, ſed filij dei ſunt. Si ergo ſuperiorem verſum quo dicitur, Nõ eſt qui faciat bonum, filiis hominum tribueris: & ſubſequẽtem verſum quo dicitur, Qui deuorant populum meum, filiis dei adſcripſeris, nulla erit in his repugnantia quæſtionis.

INTERROGATIO LXXVI.

Pſal. 54. *Cùm Dauid in Pſalmo quinquageſimo quarto, pro quibuſdam ſchiſmaticis impretetur, dicẽs: Veniat mors ſuper illos: quomodo quaſi econtrario videatur ſubiungere: Et deſcendant in infernum viuentes?* Ibidem.

RESPONSIO.

Veteris hiſtoriæ factum, quo Dathã & Abiron viuentes terra abſorbuit, populum autem illis conſentientem ignis cõſumpſit, pſalmus iſte replicans dicit: Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in

infernum viuentes. Sed ſi iam mors ſuper eos venerat, quomodo viui ad inferos deſcẽdebãt? aut quomodo poteſt fieri, vt prius veniſſe videantur in mortẽ, & poſtea approbentur viuentes ad inferna deſcendere? Sed quod dicit, Veniat mors ſuper illos, ad populum pertinet illis cõſentientẽ, qui igne conſumptus eſt, quod autem ſubiecit, Deſcendant in infernum viuentes, ad duces eorum malorum Dathan & Abiron pertinet, quos viuos terra abſorbuit. Primum quippe illud ſchiſmatis initium, noua mors perdidit. Vel viuentes ad infernum deſcendere, eſt viuentes ſentienteſque, per prauum opus ad inferni clauſtra deſcendere.

INTERROGATIO LXXVII. *Pſal.61.*

Cùm in ſexageſimo primo pſalmo loquatur propheta, dicens. Semel locutus eſt Deus: quomodo quaſi contra videtur ſubiungere, Duo hæc audiui præſertim cùm & Paulus apoſtolus ad Hebræos ſcribat, Multifariè multíſque modis olim Deus locutus eſt patribus noſtris in prophetis? *Ibidem.* *Hebr.1.*

RESPONSIO

Omnino inueſtigare difficile eſt quẽadmodum poſitum ſit prius, Semel locutus eſt deus. Deinde, cũ ille ſemel locut⁹

eſt, Ego duo audiui. Si enim diceret, Semel locutus eſt deus, vnum hoc audiui, videbatur partem quæſtionis huius amputauiſſe, vt tantummodo quæreremus quid ſit, Semel locutus eſt deus. Nunc verò quæſituri ſumus, & quid ſit. Semel locutus eſt deus: & quid ſit, Duo hæc audiui, quum ille ſemel locutus ſit. Sed ſciendum quòd inter homines, hominibus ſæpe multis modis, multis partibus, per multiformem creaturam locutus eſt deus. Apud ſe ſemel locutus eſt deus. Quod vnum verbum genuit deus, in illo verbo ſunt omnia, quia per verbum facta ſunt omnia, Vnũ verbũ habet, ibi omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ abſcõditi. Duo verò, quæ audiſſe ſeſe dixit, iſta ſunt: poteſtas & miſericordia. Iſta plane intelligite poteſtatem dei, intelligite miſericordiam dei. His duobus continentur propè omnes ſcripturæ: propter hęc duo prophetæ, propter hæc patriarchæ, propter hæc lex, propter hæc ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus, propter hæc apoſtoli, propter hæc annunciatio, omnis celebratio verbi dei in eccleſia. Poteſtatem ei⁹ timete, miſericordiã eius amate. Nec ſic de miſericordia præſumatis, vt

poteſtatẽ contemnatis: nec ſic poteſtatẽ timeatis, vt de miſericordia deſperetis. Apud illũ poteſtas, apud illũ miſericordia: hũc humiliat, & hunc exaltat: hũc humiliat poteſtate, illum exaltat miſericordia.

INTERROGATIO LXXVIII.

Cùm in pſalmo ſexageſimooctauo propheta ex perſona Christi dicat, Laboraui clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ: quomodo euãgelium dicit quòd in paßione ſua dominus non reſpõderit eis verbum? Necnõ & illud quod Eſaias dicit, Sicut agnus corã tõdẽte ſe, ſic non aperuit os ſuum. Pſal. 68. Mat. 27. Eſa. 53.

RESPONSIO.

Ideo iam tunc tacebat, quòd raucus erat, qui ſine cauſa tantùm clamauerat. Et illam quidem eius vocem de pſalmo alio in cruce nouimus: Deus meus, Deus me9 vt quid me dereliquiſti? Sed quanta illa vox fuit, aut quàm diuturna, vt in ea raucæ factę eſſent fauces eius? Diu clamauit Væ vobis ſcribę & phariſæi. Diu clamait, Vę mũdo ab ſcãdalis. Et reuera, quomodo raucus, clamabat: & ideo nõ intelligebatur quando dicebant Iudæi: Quid eſt quod dicit? Durus eſt hic ſermo. Quis poteſt illum audire? Non ſcimus quid dicat. Ille omnia verba dicebat, ſed illis Mat. 22.

ditum. Clamauit ſuperius verbis delictorum, ex perſona veteris hominis, exauditus non eſt. Clamauit ſubterius verbis iuſtitiæ & conuerſionis ad deũ, ex perſona hominis ad nouam vitam pertinentis, & exauditus eſt.

INTERROGATIO LXVI.

Pſal. 24. *Cùm pſalmiſta in pſalmo vigeſimo quarto dicat, Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas: quomodo in alio pſalmo econtrario dicit, Omnes viæ tuæ veritas: vel ſicut in alia tranſlatione legitur, Omnia mandata tua veritas?* *Pſal. 118*

RESPONSIO.

Erga ſanctos & vniuerſæ vię domini miſericordia, & vniuerſę vię domini veritas: quia & in iudicãdo ſubuenit, atq; ita non deeſt miſericordia: & in miſerãdo id exhibet quod promiſit, ne veritas deſit. Erga omnes autẽ, & quos liberat, & quos damnat, omnes viæ domini miſericordia & veritas: quia vbi non miſeretur, vindictę veritas exhibetur, multos quippe immeritos liberat, immeritum autem neminem damnat.

INTERROGATIO LXVII.

Pſa. 29. *Quomodo pſalmiſta in vigeſimo nono pſalmo contraria de ſe prædicare videtur? ait enim: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternũ.*

& poſt modicũ ſubiungit, Auertiſti faciem tuã à me, & factus ſum conturbatus.

RESPONSIO.

Quia de confidentia virtutis intumuit, dicit: Ego dixi in abundãtia mea, &c. Sed paulò póſt, quid pertulit, adiunxit: Auertiſti faciem tuã, &c. ac ſi apertè dicat, Fortem me inter virtutes credidi, ſed quantę infirmitatis ſim, derelictus agnoui. Hinc rurſus dicit, Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitię tuæ. Sed quia eius viriũ non erat, manere in cuſtodia quam iurabat, debilitãtem ſuam protinus turbatus inuenit. Vnde & ad preces & opem repente ſe contulit, dicens: Humiliatus ſum vſquequaque, viuifica me ſecundũ verbum tuum. *Pſal.* 118

INTERROGATIO LXVIII.

Quomodo Dauid dicat, Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas domino, & tu remiſiſti, &c. & illud quod alibi dicitur, Peccator quum ingemuerit, ſaluus erit: cũ ecõtra in Euangelio ille cæcus dixerit, Nos ſcimus quia peccatores deus non exaudit? *Pſal.* 31. *Iob* 9.

RESPONSIO.

Quia Deus peccatores audiat, ex multis ſcripturarum locis monſtratur, ſicut de *Lucæ* 18.

publicano illo vel de aliis in euãgelio ſcribitur. Hoc autem quod cęcus iſte dixit, quaſi adhuc inunctus loquitur. Ac proinde non eſt ita accipiendum, ꝙ Deus peccatores non audiat. Si non exaudit in miraculis, exaudit pro culpis.

INTERROGATIO LXIX.

Pſal. 33. *Cùm pſalmiſta in pſalmo trigeſimo tertio dicat, Semper laus eius in ore meo: quomodo econtrario ſpecialem numerum tenens in pſalmo centeſimo decimo octauo dicit?* Pſal. 118. *Septies in die laudem dixi tibi?*

RESPONSIO.

Septenariũ laudis numerum poſuit, propter ſeptem dies, quibus mundus iſte peragitur, in quibus ſemper laus Deo refertur.

INTERROGATIO LXX.

Pſal. 37. *Quomodo pſalmiſta in pſalmo trigeſimo ſeptimo ex perſona Chriſti dicat, Vim fecerunt qui quærebant animam meam: cùm econtra ſimiliter ex* Pſal. 141. *perſona Chriſti in centeſimo quadrageſimo primo redarguens dicat, Non eſt qui quærat animã meam? Si quoſdam redarguit quaſi inimicos, qui non quærat anima eius, ergo amici erant quærẽtes animam eius?*

RESPONSIO.

Quæritur anima Chriſti & bene,& malè. Bene, qui in corpora. i cupiunt mẽbris eius : malè autem, qui vim faciunt, & perſequuntur vel illum vel membra ipſius. Quis eſt qui quęrit bene animam ipſius? Qui eius paſſione imitatur. Qui ſunt qui quærebant malè animam eius? Qui ei vim faciebant, & crucifigebant eum.

INTERROGATIO LXXI.

Quomodo Dauid in pſalmo quadrageſimo tertio dicat, Exurge, quare obdormis domine? & quaſi econtra in pſalmo centeſimo vigeſimo, Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſraël? Si nõ dormit, neque dormitat qui cuſtodit Iſraël, quomodo clamatur ad eum, Exurge, quare obdormis domine? Pſal. 43. Pſal. 120

RESPONSIO.

Dormit Dominus in cordibus infidelium, non dormit in cordibus Chriſtianorum. Ergo cùm canitur, Exurge, quare obdormis domine? pro infidelibus hoc Eccleſia clamat, qui Chriſtum mortuum, ſed reſurrexiſſe non credunt: & ideo, quaſi in cordibus talium ſemper dormit Chriſtus. Quia Chriſtum adhuc mortuum putant, ad hoc petitur vt reſurgat in illis; id eſt, vt fides præſte-

tur illis, qua credant eum reſurrexiſſe à mortuis. Cùm autem canimus, quòd non dormit neque dormitat qui cuſtodit Iſraël: quia Iſraël, videns Deum interpretatur, ad ſolos fideles hoc teſtimonium refertur, qui Chriſtum à ſomno mortis ſuſcitatum, non dormientem, id eſt mortuum, ſed viuentem in ſecula cõfitentur.

INTERROGATIO LXXII.

Cùm in quadrageſimo quarto pſalmo ex voce aduocatis dei, animæ dicatur humanæ: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: quomodo alterius patris mentionem faciens, ſubiungit, ecõtrario dicens, Et obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui?

Pſal. 44. *Ibidem.*

RESPONSIO.

Aduocat hîc Deus pater filiam, id eſt, animam hominis, vt de domo alterius patris ſui, id eſt, mundi huius exeat, & ad ſpeciem patris, creatoris vtique ſui redire contendat. Quòd ita fit, quum mortificati cum Chriſto ab elementis huius mundi, contemplamur ſecundum Apoſtolum, iam non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur, quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.

Gala. 4. *2. Cor. 4.*

INTERROGATIO LXXIII.

Quomodo vnus idemque propheta Dauid cùm dixiſſet, Immola Deo ſacrificium laudis & red de altiſsimo vota tua, quaſi econtrario videtur di cere: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis verò non delectaberis? Quomodo & delectari, & non delectari Deum humanis ſacrificiis dicit? Pſal. 49. Pſal. 50.

RESPONSIO.

Sacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramẽtum (id eſt, ſacrum ſignum) eſt: Vnde ille pœnitẽs apud prophetam, vel ipſe propheta, quærens deum peccatis ſuis habere propicium: Si voluiſſes inquit, ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis, Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, Cor contritum & humiliatum Deus nõ ſpernit. Intuemur quemadmodum vbi Deũ dixit nolle ſacrificiũ, ibi Deũ oſtendit velle ſacrificiũ. Non vult ergo ſacrificium trucidati pecoris, ſed vult ſacrificiũ cõtriti cordis. Illo igitur quo eũ nolle dixit, hoc ſignificatur quod eum velle ſubiecit. Ac per hoc vbi ſcriptum eſt, Miſericordiam volo & non ſacrificium, nihil aliud quàm ſacrificium ſacrificio prælatum oportet intelligi, quum illud quod ab hominibus ap-

pellatur ſacrificium, ſignum eſt veri ſacrificij. Porrò autem miſericordia verum ſacrificium eſt. Vnde & Apoſtolus ait: Beneficientiæ autem & communicationis nolite obliuiſci, talibus enim ſacrificiis placatur deus.

Pſal.49. INTERROGATIO LXXIIII.

Cùm Dauid propheta dicat, Peccatori dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? quomodo
Philip.1. *Paulus videatur econtrario præcipere, vbi etiam malos in prædicationem admittit, dicens: Siue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus adnun-*
Mat.23. *cietur? & illud Euangeliũ: Quod dicunt, facite: quæ autem faciunt facere nolite?*

RESPONSIO.

Sed hæc dicta ſunt ne timeant, qui audiunt, à quocunque audiant: nõ vt ſecuri ſint, qui dicunt bona & faciunt mala. ſed noluit deus ſine correptione dimittere illos qui dicunt, ne hoc ſolo quod dicũt, ſecuri, obdormiſcant in mala vita, & dicant ſibi, Neque enim perdet nos deus, per quorum os voluit tanta bona dici populo ſuo. Secundum hunc igitur intellectum, prædicatores peccatores admonentur ne viuant malè, & prædicent bene, non vt os ſuum prohibeant à præ-

dicamento iuſtitiæ.

INTERROGATIO AVGVS. LXXV.

Cùm in pſalmo quinquageſimo ſecundo ſcriptum ſit, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum: quomodo ſtatim bonorum nomen ſubiungitur, dicendo: Qui deuorant populum meum? Si non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, quis eſt iſte populus, qui dei tãtum populus nominatur? Nec enim poteſt dei populus dici niſi bonum faciendo, & inhærendo illi. Pſal. 52. Ibidem.

RESPONSIO.

Ecce in vno eodemque pſalmo, & boni, id eſt, dei populus deſcribuntur, & quòd non ſit qui faciat bonum vſque ad vnum, ſententia ſuperiori præfertur, propheta enim volens diſtinguere filios dei à filiis hominum, dixit: Nõ eſt qui faciat bonum, &c. Quod pertinet ad filios hominum, qui adhuc filij dei nondum ſunt, De his enim ſuperius dixerat: Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum. Idem dixit, qui deuorant populum meũ. Ecce hîc populum dei nominauit, quod vtique pertinet ad filios dei.* Iſta voce filij dei ſumus. Tolle ergo quòd homines filij dei ſunt, remanet quod filij hominum ſunt, id eſt, reprobi & peccatores

de quibus dictum accipitur. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Cùm autem inter malos quidã boni inueniuntur, ipſi filij dei ſunt, qui hoc loco populus dei nominatur. Qui etiam ſicut cibus panis à filiis hominum, id eſt, ab iniquis deuoratur, quum à perſequẽtibus lacerantur. Cùm autem & ipſi mali boni efficiuntur, iam non filij hominum, ſed filij dei ſunt. Si ergo ſuperiorem verſum quo dicitur, Nõ eſt qui faciat bonum, filiis hominum tribueris: & ſubſequẽtem verſum quo dicitur, Qui deuorant populum meum, filiis dei adſcripſeris, nulla erit in his repugnantia quæſtionis.

INTERROGATIO LXXVI.

Pſal. 54. *Cùm Dauid in Pſalmo quinquageſimo quarto, pro quibuſdam ſchiſmaticis imprecetur, dicẽs: Veniat mors ſuper illos: quomodo quaſi econtrario videatur ſubiungere: Et deſcendant in infernum viuentes?* Ibidem.

RESPONSIO.

Veteris hiſtoriç factum, quo Dathã & Abiron viuentes terra abſorbuit, populum autem illis conſentientem ignis cõſumpſit, pſalmus iſte replicans dicit: Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in

infernum viuentes. Sed ſi iam mors ſuper eos venerat, quomodo viui ad inferos deſcēdebāt? aut quomodo poteſt fieri, vt prius veniſſe videantur in mortē, & poſtea approbentur viuentes ad inferna deſcendere? Sed quod dicit, Veniat mors ſuper illos, ad populum pertinet illis cōſentientē, qui igne conſumptus eſt, quod autem ſubiecit, Deſcendant in infernum viuentes, ad duces eorum malorum Dathan & Abiron pertinet, quos viuos terra abſorbuit. Primum quippe illud ſchiſmatis initium, noua mors perdidit. Vel viuentes ad infernum deſcendere, eſt viuentes ſentienteſque, per prauum opus ad inferni clauſtra deſcendere.

INTERROGATIO LXXVII. *Pſal.61.*

Cùm in ſexageſimo primo pſalmo loquatur propheta, dicens. Semel locutus eſt Deus: quomodo quaſi contra videtur ſubiungere, Duo hæc audiui præſertim cùm & Paulus apoſtolus ad Hebræos ſcribat, Multifariè multiſque modis olim Deus locutus eſt patribus noſtris in prophetis? *Ibidem.* *Hebr.1.*

RESPONSIO

Omnino inueſtigare difficile eſt quēadmodum poſitum ſit prius, Semel locutus eſt deus. Deinde, cū ille ſemel locut⁹

eſt, Ego duo audiui. Si enim diceret, Semel locutus eſt deus, vnum hoc audiui, videbatur partem quæſtionis huius amputauiſſe, vt tantummodo quæreremus quid ſit, Semel locutus eſt deus. Nunc verò quæſituri ſumus, & quid ſit. Semel locutus eſt deus: & quid ſit, Duo hæc audiui, quum ille ſemel locutus ſit. Sed ſciendum quòd inter homines, hominibus ſæpe multis modis, multis partibus, per multiformem creaturam locutus eſt deus. Apud ſe ſemel locutus eſt deus. Quod vnum verbum genuit deus, in illo verbo ſunt omnia, quia per verbum facta ſunt omnia, Vnũ verbũ habet, ibi omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ abſcõditi. Duo verò, quæ audiſſe ſeſe dixit, iſta ſunt: poteſtas & miſericordia. Iſta plane intelligite poteſtatem dei, intelligite miſericordiam dei. His duobus continentur propè omnes ſcripturæ: propter hęc duo prophetæ, propter hæc patriarchæ, propter hæc lex, propter hæc ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus, propter hæc apoſtoli, propter hæc annunciatio, omnis celebratio verbi dei in eccleſia. Poteſtatem ei⁹ timete, miſericordiã eius amate. Nec ſic de miſericordia præſumatis, vt

poteſtatẽ contemnatis: nec ſic pôteſtatẽ timeatis, vt de miſericordia deſperetis. Apud illũ poteſtas, apud illũ miſericordia: hũc humiliat, & hunc exaltat: hũc humiliat poteſtate, illum exaltat miſericordia.

INTERROGATIO LXXVIII.

Cùm in pſalmo ſexageſimooctauo propheta ex perſona Chriſti dicat, Laboraui clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ: quomodo euãgelium dicit quòd in paßione ſua dominus non reſpõderit eis verbum? Necnõ & illud quod Eſaias dicit, Sicut agnus corã tõdẽte ſe, ſic non aperuit os ſuum. *Pſal. 68.* *Mat. 27.* *Eſa. 53.*

RESPONSIO.

Ideo iam tunc tacebat, quòd raucus erat, qui ſine cauſa tantùm clamauerat. Et illam quidem eius vocem de pſalmo alio in cruce nouimus: Deus meus, Deus me⁹ vt quid me dereliquiſti? Sed quanta illa vox fuit, aut quàm diuturna, vt in ea raucæ factę eſſent fauceseius? Diu clamauit Væ vobis ſcribę & phariſæi. Diu clamauit, Vę mũdo ab ſcãdalis. Et reuera, quomodo raucus, clamabat: & ideo nõ intelligebatur quando dicebant Iudæi: Quid eſt quod dicit? Durus eſt hic ſermo. Quis poteſt illum audire? Non ſcimus quid dicat. Ille omnia verba dicebat, ſed illis *Mat. 23.*

raucæ fuerunt fauces eius,qui voces eius non intelligebant.Hæc igitur ſub tali intellectu præmiſſa,non erunt ſibi contraria,vt iuxta quod ſuperius dicit, clamor ipſe vnde raucæ fauces eius factæ fuiſſe dicũtur,non ipſo paſsionis tempore, ſed ante paſsionem factus accipiatur.

Pſal.68. INTERROGATIO LXXIX.

Cùm propheta ex perſona Chriſti in pſalmo ſexageſimo octauo præmiſerit primùm,dicens: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me:quomodo quaſi econtrario in ſubſequentibus deprecatur de profundo aquarum, Nõ me demergat tempeſtas aquæ? Necnon & alia,quæ ſuperius in eodem pſalmo contraria ſibi eſſe videntur. Primum,quod dixit,In limum profundi. Aliúdque econtra ſubſequitur: Saluum me fac de luto,vt non inhæream. Ibidem.

RESPONSIO.

Quod ſuperius dictum eſt,Tempeſtas demerſit me, pro corpore quod iam in paſsione tenebatur, hoc dictũ accipitur. Quod autem ſequitur,Nõ me demergat tempeſtas aquę,pro ſpiritu deprecari videntur: vt quia corpus tenebatur ad paſsiones,ſaltẽ pro anima precaretur, vt in tempeſtate paſsionum non mergeretur.

Hoc

Hoc quippe & in his aliis duobus ſentiendum eſt, quibus ait, Infixus ſum in limo profundi: & quod repetiit, Saluum me fac de luto, vt non inhæream. Paulò antè dixerat, Infixus ſum: modò dicit, ſaluum me fac de luto, vt non inhæream, cũ ſecundum ſententiam priorem deberet dicere, Saluum me fac de luto, vbi eram, eruendo me, non agendo vt non hæream. Ergo hæſerat carne, ſed non hæſerat ſpiritu. Dicit hoc ex infirmitate membrorum ſuorum. quando fortè caperis ab eo qui te premit, ad iniquitatem, tenetur quidem corpus tuum, ſecundum corpus infixus es in limum profundi. Sed quandiu non conſentis, non hæſiſti. Si autem conſentis, hæſiſti. Hæſiſti? oratio tua ibi ſit, vt quomodo iam tenetur corpus tuũ, non teneatur & anima tua. Item & de profundo aquarum, Non me demergat tempeſtas aquæ. Sed iam demerſus erat. Veni in altitudinẽ maris. Tu dixiſti, demerſit ſecundum carnem, non demerſit ſecũdum ſpiritum. Quibus dictũ eſt, Si vos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem fugite in aliam: hoc eis dictum eſt, vt nec carne hærerent, nec ſpiritu. *Matt.10*

INTERROGATIO LXXX.

Cùm veteris & noui teſtamenti patres, Moyſen, Aaron, Heliam, Heliſeum, vel cæteros illius temporis ſanctos, atque ipſos Chriſti filij dei apoſtolos diuerſa mirabilia & ſigna legerimus feciſſe: cur econtrario in pſalmo lxxi. *ſcribitur, Benedictus dominus Deus Iſraël, qui facit* Pſal.71. *mirabilia magna ſolus?*

RESPONSIO.

Deus facit mirabilia ſolus, quoniam quicunque faciunt, ipſe in eis operatur, qui facit mirabilia ſolus.

INTERROGATIO LXXXI.

De eo quod in pſalmo lxxiiii. *ſcriptum eſt,* Pſal.74. *Quia calix in manu Domini, vini meri plenus eſt mixto: videtur eſſe contrarium, quòd & vini meri plenum ipſum calicem dixit, & mixto ſubſecutus adiunxit.*

RESPONSIO.

Prima quæſtio, iuxtà quod ſanctus Auguſtinus ait, iſta occurrit: Vini meri plenus eſt mixto. Quomodo meri, ſi mixto? Nõ ergo vos terreat, quod dicit, & merum & mixtum: merum, proprer ſynceritatem: mixtum, propter fæcem. Calix enim vini meri plenus mixto, videtur mihi eſſe lex quæ data eſt Iudæis, & omnis

illa ſcriptura veteris,quod dicitur, teſta-
menti.Ibi ſunt pondera omnium ſenten
tiarum:nam ibi nouum teſtamentum ab
ſconditum latet,tanquam in fæce corpo
ralium ſacramentorum .Circuncifio car
nis,magni ſacramenti res eſt, & intelli-
gitur inde circuncifio cordis.Templum
illud in Hieruſalē,magni ſacramenti res
eſt, &intelligitur ex eo corpus domini.
Terra repromiſsionis intelligitur regnū
cœlorum.Sacrificium victimarum & pe
corum, magnum habet ſacramentum,
ſed in omnibus illis generibus ſacrifici-
orum, intelligitur vnum illud ſacrifici-
um & vnica victima in cruce domini,
pro quibus omnibus ſacrificiis vnum
nos habemus, quod illa figurabant, &
hæc ex illis figurabantur.Accepit popu-
lus ille legem, accepit mandata iuſta &
bona.Quid tam iuſtum,quàm, Non oc- *Exod. 20*
cides, Non mœchaberis, Non furabe-
ris,Non falſum teſtimonium dices,Ho-
nora patrem & matrem,Non concupiſ-
ces rem proximi tui, Non concupiſces
vxorem proximi tui,Vnum Deum ado-
rabis & illi ſoli ſeruies?Omnia iſta ad vi
num pertinent. Illa verò carnalia quaſi
reſederunt, vt manerent apud illos, &

funderetur inde omnis ſpiritualis intel-lectus. Calix in manu domini,id eſt,in poteſtate domini vini meri,id eſt, legis ſynceræ:plenus eſt mixto,id eſt,cum fæce corporalium ſacramentorum.Et quia hunc humiliat,ſuperbum Iudęum,& hũc exaltat, confitentem gentilem , inclinauit ex hoc in hunc,id eſt,à Iudaico populo in gentilem populum. Quid inclinauit?Legem , eliquatus eſt inde ſpiritualis intellectus,veruntamen fęx eius non eſt exinanita,quia omnia ſacramenta carnalia apud iudæos remanſerunt. Bibent omnes peccatores terræ. Quî bibent omnes peccatores terræ? Iudæi erant quidẽ peccatores, ſed ſuperbi:& gẽtiles erant peccatores,ſed humiles.Omnes peccatores,bibent,ſed vide,qui fæcem,qui vinũ. Etenim illi bibendo fæcem euanuerũt, iſti bibendo vinum iuſtificati ſunt.

INTERROGATIO LXXXII.

Cùm pſalmiſta in pſalmo octogeſimoquarto quaſi præterita narrans,dicat: Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob,
Pſal. 48. *Remiſiſti iniquitatem,&c. vſque,auerſus es ab ira indignationis tuæ : quomodo quaſi facta non fuerint ,ſtatim ſubiungit,Conuerte nos*
Pſal. 47. *Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à*

nobis, ne in æternum iraſcaris nobis? Quomodo narrat quaſi factum eſſe, & quomodo orat vt fiat?

RESPONSIO.

Niſi quia voluit oſtendere. preteritaverba ſe in prophetia dixiſſe, nondũ autem factum eſſe quod dicebat iam factũ: hinc oſtendit, quia orat vt fiat, nam ſic tibi ꝓpheta reſponderet: Illa dico quaſi facta, quæ video futura. Quia verò nondum facta ſunt, oro vt veniant quæ iam vidi.

INTERROGATIO LXXXIII.

Cùm de deo prophetica & apoſtolicæ literæ clament, quòd ſit idem Deus iuſtus & verax, præſertim pſalmiſta dicente in pſalmo octogeſimoquinto, Et tu domine miſerator & miſericors &c. vſque, verax: quomodo quaſi econtrario videtur Deus ipſe in libro Iob de ſe contra Sathan dixiſſe, Tu autem commouiſti me aduerſus Iob, vt affligerem illum fruſtrà? Qui enim iuſtus eſt, affligere fruſtrà non potuit. Et rurſum, quia verax, non potuit aliter dixiſſe quàm fecit. Pſal. 85. Iob 2.

RESPONSIO.

Vt ergo iuſto & veraci vtraque conueniãt, quatenus & vera dicat, & iniuſta nõ faciat, cognoſcamus beatũ Iob, & iuxta

aliquid fruſtrà, & rurſum iuxta aliquid non fruſtrà percuſſum. Beatus ergo Iob, & non fruſtrà percutitur, quia nullum in eo punitur admiſſum. Deus ergo verax ſecundum modum illum locut' eſt, quo beatus Iob non pro puniendis culpis, ſed pro agendis meritis percuſſus eſſe cognoſcitur.

INTERROGATIO LXXXIIII.

Quæritur, quomodo ſibi vtraque concordent, id eſt, iucunditas & timor, iuxta quod in pſalmo octogeſimo quinto ſcribitur, Iucundetur cor meum vt timeat nomen tuum. Quomodo iucunditas ſit timor? nónne timor amarus ſolet eſſe? Pſl. 58.

RESPONSIO.

Erit aliquando iucunditas ſine timore, modò iucunditas cum timore. Non eſt enim plena ſecuritas, nec perfecta iucunditas: ſi nulla iucunditas, deficimus: ſi plena ſecuritas, malè exultamus. Ergo & iucunditatem aſpergat, & timorem incutiat, vt de dulcedine iucunditatis, perducat nos ad ſedem ſecuritatis: dando timorem, non nos faciat malè exultare, & recedere de via. Ideo dicit in pſalmo: ſeruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sic & Apoſtolus: Cum

timore & tremore veſtram ſalutem operamini.

INTERROGATIO LXXXV.

Cùm in pſalmo octogeſimooctauo legatur deus ad Dauid iuraſſe, dicens: Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternũ manebit, & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum manebit, & teſtis in cœlo fidelis: quomodo econtrario ſubiungit, Tu verò repuliſti, & ad nihilum deduxiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum, euertiſti teſtamentum ſerui tui, &c. vſque, Perfudiſti eum confuſione? Nunquid ita falſum promittit deus (quod dicit, ſumma dementia eſt) aut falſum iurat: quare ergo illa promiſit, & iſta fecit? Pſal. 88. Ibidem.

RESPONSIO.

Dauid poſitus erat, cui promitterentur hæc omnia in ſemine eius, qui eſt Chriſtus, implenda. Propter promiſſa ergo quæ dicta ſunt ad Dauid, expectabãt homines ea impleri in Dauid. Proinde ne quiſquam Chriſtianus cùm diceret, De Chriſto dixit: alius diceret. Non, ſed de illo Dauid Dixit, & erraret cùm diceret impleta omnia eſſe in Dauid, deſtruxit ea in Dauid. Vt cùm vides ea in illo

nõ impleta quæ neceſſe eſt impleri,quæ ras alterum,in quo oſtenderentur imple ri. Ita etiam in Eſau & Iacob inuenimus maiorem adoratum à minore, cùm ſcriptum ſit,Maior ſeruiet minori,vt cùm in illis duobus pręcedẽtibus vides non impletũ, expectes duos populos in quibus impleatur,quia non mendax deus polliceri dignatur. Ecce ex ſemine tuo dixit ad Dauid,ponam ſuper ſedem tuam.Pro miſit ex ſemine eius in æternũ aliquid. & natus Salomon factus eſt tantę ſapiẽtiæ, vt promiſsio dei de ſemine Dauid,in illo putaretur impleta.Sed cecidit Salomon, & dedit locum ſperando Chriſto. Vt quoniam deus nec falli poſsit,nec fal lere,quem ſciebat caſurum,non in eo po neret promiſſum ſuum, ſed poſt caſum eius reſpiceres tu deum,& flagitares pro miſſum tuum. Ergo domine mẽtitus es, non implens quod promiſiſti,non exhibens quod iuraſti?Fortè hîc dictur' erat tibi deus: Iuraui quidem & promiſi,ſed iſte noluit perſeuerare.Quid ergo?tu do mine Deus non præſciebas iſtum non perſeueraturum?vtique ſciebas. Quare ergo hoc non perſeueratur,mihi,quia in æternum eſſet,promittebas? Nónne tu

dixiſti, Si dereliquerint legem meam, & mãdata mea nõ cuſtodierint, & teſtamẽtum meum prophanauerint, manebit tamen promiſsio mea, implebitur iuratio mea? Semel iuraui in ſancto meo, intus in ſecreto quodam, in ipſo fonte, vnde prophetæ biberunt, qui nobis hæc ructauerunt: ſemel, inquit, iuraui, ſi Dauid mẽtiar. Exhibe ergo quod iuraſti, redde ꝙ promiſiſti. Sublatum eſt de iſto Dauid, ne expectaretur in iſto Dauid. Expecta ergo quod promiſi. Nouit illud & ipſe Dauid. Vide enim quid dicat: Tu verò repuliſti, & ad nihilum deduxiſti. Ergo vbi eſt quod promiſiſti? Diſtuliſti Chriſtum tuum, quanuis triſtia quædam enumeret in hoc tamẽ verbo reficit nos. Mane: omnino Deus quod promiſiſti. Nam Chriſtum tuum non abſtuliſti, ſed diſtuliſti. In hoc ergo Dauid, in quo ſperabant ignari promiſſa ſua Deum completurum, videte quid accidit, vt promiſſa Dei firmiùs in alio ſperata compleantur. Euertiſti teſtamentum ſerui tui. Vbi eſt enim teſtamentum vetus iudæorum? Vbi eſt terra illa promiſsionis? in qua habitãtes peccarunt, qua deleta migrarunt? Regnum iudæorum quæris? non eſt, pro-

Pſal. 88.

phanaſti in terra ſanctitatem eius. Sancta illa quæ habebant, terrena eſſe oſtendiſti. Deſtruxiſti omnes macerias eius, quibus eum munieras. Quando enim diriperetur, niſi maceriæ dirutæ fuiſſent? Poſuiſti munitiones eius in formidinē. Quid eſt, formidinem? vt dicatur peccātibus, Si deus naturalibus ramis non pe-

*Roma.*11. percit, neque tibi parcet. Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam. Omnes ſcilicet gentes per viam, hoc eſt, per vitam iſtam tranſeuntes diripuerunt Iſraël, diripuerunt Dauid. Primum videte fruſtrà eius in omnibus gentibus. De ipſis e-

*Pſal.*62. nim dictum eſt, Partes vulpium erunt. Reges quippe impios, vulpes appellauit ſcriptura, doloſos & timidos, quos terret virtus aliena. Ideo ipſe Dominus quum de Herode comminante loqueretur, Dicite, inquit, vulpi illi rex qui neminem

*Gene,*49. hominem timet, ipſe vulpis. Non eſt leo ille de tribu Iuda, cui dicitur: Aſcendiſti, recumbens dormiſti ſicut leo: poteſtate aſcendiſti: poteſtate dormiſti, quia voluiſti, dormiſti. Vnde & illud ego dormiui. Ergo de quibus dictum erat, Partes vulpium erunt: de his nunc dictum eſt, Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam,

factus eſt opprobrium vicinis ſuis: Exaltaſti dexteram inimicorum eius, iucundaſti omnes inimicos eius. Aduertite iudæos, & videte omnia impleta, quæ prædicta ſunt. Auertiſti adiutorium gladij eius. Quomodo ſolebant pauci dimicare, multos proſternere? Auertiſti adiutoriū gladij eius, & non es opitulatus ei in bello. Meritò victus, meritò captus, meritò à regno ſuo alienatus, meritò diſperſus. Eam enim terram perdidit, pro qua dominum occidit. Diſſoluiſti eum ab emūdatione. Quid eſt hoc? Inter omnia mala magnus hic terror. ſi enim diſſoluit ab emundatione, iam non habet mundandū, ſed proiiciendum. A qua ergo emundatione diſſoluitur iudæus? à fide. Ex fide enim viuimus, & ex fide dictum eſt, Fide mundans corda eorum. Et quia ſola fides Chriſti mundat, non credendo in Chriſtum, ſoluti ſunt ab emundatione. Sedem eius in terra colliſiſti, meritò & fregiſti. Minuiſti dies ſedis eius. Putabant ſe in æternum regnaturos, perfudiſti confuſione. Hæc omnia venerunt Iudæis. Non tamen ablato Chriſto, ſed dilato. Act. 15

INTERROGATIO LXXXVI.

Cùm pſalmiſta dicat, quis eſt homo qui viuit, & non videbit mortem? quomodo Chriſtus in euangelio econtrario videtur promiſiſſe, dicens: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem nõ videbit in æternum.

RESPONSIO.

De alia morte pſalmiſta egit, de alia quoque ſaluator prædixit. & pſalmiſta quidem dicens, Quis eſt homo qui viuit & non videbit poſt mortem? de morte carnis ſciſcitans loquebatur, & confirmans prænunciauit, quia nullus omnino ſit, qui viuat & non videat mortem. Tanquam ſi diceret: Nulllus eſt alius homo qui viuit & non videat mortem, niſi ipſe ſolus qui animam ſuam eruit de manu inferni, id eſt, qui pro nobis mortuus eſt, & vltrà non moriens reſurrexit. Quia verò dominus in euãgelio loquitur promittens, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum: non hac de corporali morte dixit, qua omnes moriuntur, ſed de morte æterna, id eſt, morte damnationis cũ diabolo & angelis eius. ipſa eſt vera mors, nam iſta migratio eſt. ſecundum hunc ergo ſenſum, non ſunt hæc duo contraria.

INTERROGATIO LXXXVII

Cùm pſalmiſta dicat, quis ſimilis erit deo inter filios dei? Quomodo apoſtolus dicit. Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt? Pſal. 88 1. Ioh. 3.

RESPONSIO.

Vnde ergo ſimiles, & vnde non ſimiles, niſi quia huic ſapientiæ & ſimiles erunt ad imaginem, & non erunt ſimiles ad ęqualitatem? Aſpiciendo quippe æternitatem dei, fit eis vt ęterni ſint: & dũ viſionis eius donũ percipiunt, ex perceptione beatitudinis immutantur quod vident: & ſimiles ergo ſunt, quia beati fiunt: & tamẽ creatori ſimiles non ſunt, quia creatura ſunt: & habent itaque quandam dei ſimilitudinem, quia non habent finem, & tamen incircunſcripti æqualitatem non habent, quia habent circunſcriptionem.

INTERROGATIO LXXXVIII.

Cùm Dauid de Chriſto dicat in pſalmo cvj. *Dominus à dextris tuis, quaſi ſignificet deum patrem ad dexteram aßiſtere filij: quomodo Paulus quaſi econtra in epiſtola ad Epheſios, Chriſtum ad dexteram patris ſedere pronuncians dicat, Sedere eum fecit ad dexteram ſuam in cœleſtibus, præſertim cum idipſum quod Paulus dicit, & pſalmiſta in principio prædicti pſalmi teſte-* Pſal. 10

tur, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis?

RESPONSIO.

Cùm dicitur, Sede à dextris meis, pater filium ad dexteram ſuã collocaſſe intelligitur. Et cùm dicitur, dominus à dextris tuis, ad ipſum patrem ſermo dirigitur, quaſi ei dicatur: O Deus pater, ecce dominus Chriſtus à dextris tuis ſedens, cõfringet in die iræ ſuæ reges, & nihilominus vtroque teſtimonio inſinuatur filius ad patris dexteram ſedens.

Pſal. 100 INTERROGATIO LXXXIX.

Mat. 9. *Cùm pſalmiſta dicat, Superbo oculo & inſatiabili corde, huic non conueſcebar: quomodo econtrario dominus in euangelio legitur, cùm ſuperbis & peccatoribus manducaſſe?*

RESPONSIO.

Quid eſt non conueſcebar? non cum illo manducabam. Veſci enim manducare eſt. Cùm ergo ipſum primò dominum inuenimus mãducaſſe cum ſuperbis, nam ſuperbus quidam inuitauerat illum, ipſe eſt cui diſplicuit, quia mulier peccatrix, quæ erat in ciuitate famoſa, acceſsit ad pedes domini. Iſte phariſæus ſuperbus erat, ſed conueſcebatur cum illo deus.

Quomodo nobis proponit hæc? quando ipſe non fecit, ad imitationem ſuam nos hortatur? Videmus eum conuiuatum eſſe cum ſuperbis, quomodo nos prohibet ne conuiuemur cum eis? Conuiuamur nos quidem cum fratribus propter correctionem aliquam: tenemus nos etiam à fratribus noſtris, & non cum eis conuiuamur, vt corrigantur. Cum extraneis potius cõuiuamur & cum paganis, quàm cum his qui nobis hærent, ſi viderimus eos malè viuere, vt erubeſcant, & corrigantur, ſicut dicit Apoſtolus: Si quis non obaudit verbo noſtro per epiſtolam, hũc notate, & nolite commiſceri cũm eo, & non vt inimicum exiſtimetis, ſed corripite vt fratrem. Facimus hoc plerunque propter medicinam, & tamẽ cum extraneis multis, & cum impiis ſępe veſcimur. Quid eſt hoc? Superbo oculo & inſatiabili corde, huic non conueſcebar: habet epulas ſuas cor piũ, habet epulas ſuas cor ſuperbum. Nam propter cibos ipſos cordis ſuperbi, ideo dixit, inſatiabili corde. Cor ſuperbũ vnde paſcitur? Si ſuperbus eſt, inuidus eſt, & aliter non poteſt. Superbia mater inuidentiæ eſt. Omnis ergo ſuperbus, inuidus eſt. Si inuidus eſt,

2.Theſ.3.

malis alienis paſcitur. Vnde dicit Apoſtò
Galat.5. lus: Si mordetis & comeditis inuicem, vi
dete ne ab inuicem cõſumamini. Videntes ergo comedentes, nolite his cõueſci, fugite tale conuiuiũ. Neq; enim ſe ſatiãt gaudẽdo de malis alienis, quia inſatiabili corde ſũt: caue ne capiaris in epulis eorũ.

INTERROGATIO XC.

Pſal.106 *Cùm pſalmo centeſimo ſexto pſalmiſta dicat,*
Et benedixit eos, & multiplicati nimis, & iumenta eorum non ſunt minorata: quomòdo quaſi
Pſal.106 *econtrario videtur ſubiungere dicens: Pauci facti*
ſunt, & vexati ſunt?

RESPONSIO.

Iumenta & pecora dicuntur in eccleſia ſimpliciter ambulantia, ſeu vtilia nõ multùm docta, ſed fide plena. Ergo & ſpiritales & carnales benedixit eos, & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorum nõ ſunt minorata. Iſtud capitulum pſalmi ad fideles populos refertur, hoc autẽ quòd ſubſequitur, Pauci facti ſunt, & vexati ſunt, de hæreticis dicitur: quia omnes qui ſe diuidunt ab vnitate, pauci fiunt. Multi enim ſunt, ſed vnitate, dum non ſeparantur ab vnitate. Cùm enim cœperit ad eos non pertinere multitudo vnitatis, in hæreſi & in ſchiſmate pauci ſunt.

INTER

INTERROGATIO XCI.

Cùm pſalmiſta dicat, Non mortui laudabunt te domine: quomodo idem quaſi econtrario videtur dicere, Laudabo nomen tuum in eternum, & in ſeculum ſeculi: necnon & illud, Beati qui habitāt in domo tua domine, in ſecula ſeculorū laudabunt te. *Pſal. 113.* *Pſal. 144.* *Pſal. 83.*

RESPONSIO.

Dictum eſt quidem, Non mortui laudabunt te domine. Sed in illis de quibus dicitur, A mortuo velut qui non ſit, perit cōfeſsio: non illis, de quibus ait: Qui credit in me, licet moriatur, viuit. Quia & Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, nōeſt mortuorum, ſed viuorum. Si enim nunquam niſi ipſius eris, nunquam à laude ipſius tacebis. Audi apoſtolum: Nemo enim, inquit, ſibi viuit & ſibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur. Ad hoc enim iterum inquit, Chriſtus mortuus eſt, vt & mortuorū & viuorum dominetur. Ergo quia magnitudinis eius non erit finis, laudis quoque noſtræ, qui Deo placebimus, etiam cùm mortui fuerimus, finis non erit. *Ioan. 6.* *2. Cor. 5.*

INTERROGATIO XCII.

Cùm pſalmiſta dicat, Non enim qui operãtur
Pſal. 118. *iniquitatem, in viis eius ambulabunt: quomodo credendus eſt Paulus apoſtolus in viis domini ambulaſſe, cùm de ſeipſo confiteatur, dicens: Non enim quod volo, facio bonum, ſed quod nolo malũ,*
Roma. 7. *hoc ago: præſertim cùm econtra idem Paulus in viis domini ſe ambulaſſe fixis ſententiis proteſtatur, dicens: Nónne eodem ſpiritu ambulauimus?*
2. Cor. 12. *Et ad Timotheum: Bonum certamen certaui,*
2. Tim. 4. *curſum conſummaui. Quid eſt hoc? Aut ergo ſancti Domini, non ambulant in viis domini, aut ſi ambulant, non operantur iniquitatem. Si non operantur iniquitatem, nõ habent peccatum, quoniam peccatum iniquitas eſt. Peccatum autem quomodo non habent, quum dicitur: Si di-*
1. Ioan. 1. *xerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt?*

RESPONSIO.

Audiamus ipſum apoſtolum Paulum de hac quęſtione, ſi placet, imò quia placet, interrogemus. Dic nobis Paule beatiſsime, vtrum ambulaueris in viis domini, cùm in carne adhuc viueres? Reſpon-
2. Cor. 5. det, Nónne eodẽ ſpiritu ambulauimus? Nónne iiſdem veſtigiis? & illud, Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem,

& illud, Bonum certamen certaui, & reliqua. Satis ergo ſint iſta reſponſa, quibus apoſtolum Paulum in viis domini ambulaſſe didicimus. Sed ab illo & aliud inquiramus. Dic, obſecro Paule, quando adhuc in carne viuens in viis domini ambulabas, habebas peccatum, an ſine peccato eras? & hic ergo reſpõdet: Nónne legiſtis vbi confiteor, dicens: Non enim quod volo facio bonum, ſed quod nolo malum, hoc ago? & hoc audiuimus. Iam itaque illud interrogamus, quomodo in viis domini ambulabas, ſi malum quod nolebas hoc agebas? cùm Pſalmiſta ſanctus intonet, dicens: Non enim qui operantur iniquitatem, & reliqua. Audi continuò reſpondentem per ſententiam conſequẽtem. Si quod nolo, hoc, inquit, facio, iam ego non operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Ecce quemadmodum qui ambulant in viis Domini, non operantur peccatum, & tamen non ſunt ſine peccato. Quia iam non ipſi operantur iniquitatem, ſed quod habitat in eis peccatum. Verùm ita ſoluta eſt iſta quæſtio, vt difficilior altera naſceretur: Quomodo agat homo, quod ipſe non agit? Vtrunque enim dixit: & non quod volo

2. Tim. 4

ago,& non ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatum. Vnde & intelligere debemus, quando peccatum quod habitat in nobis, operatur in nobis,tunc nos id non operari,quando nequaquam voluntas noſtra ei conſentit,& tenet etiã corporis membra ne obediant deſideriis eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis,niſi ſola illicita deſideria, quibus ſi voluntatis non adhibeatur aſſenſus,mouetur quidem nonnullus affectus,ſed nullus ei relaxatur effectus? Hoc præcepit idem Apoſtolus vbi dicit: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſideriis eius. Sunt itaque deſideria peccati,quibus nos prohibuit obedire. Operantur ergo peccatum hęc deſideria,quibus ſi obedimus, & nos operamur. Si autem obtemperantes Apoſtolo,non eis obedimus, non illud nos operamur,ſed quod in nobis habitat peccatum. Si autem deſideria nulla haberemus illicita,nec nos,nec peccatũ mali aliquid operaretur in nobis. Motum porrò illiciti deſiderij,cui non obediendo,non eum nos operamur, ideo & nos agere dicimur,quoniã nõ eſt naturæ vigor alienę,ſed languor eſt noſter,à quo

languore omnimodo ſalui erimus, cũ & animo corpore immortales facti fuerimus. Quapropter,& quia in viis domini ambulamus, nõ obedimus deſideriis peccati:& quia non ſumus ſine peccato,habemus deſideria peccati. Ac per hoc iam nos ea non operamur,non eis obediẽdo, ſed quod in nobis habitat peccatum,eadem commouendo. Non enim qui operantur iniquitatẽ,id eſt,qui obediunt deſideriis peccati, in viis domini ambulauerunt: & quoniam tentatio eſt vita humana ſuper terram,etiam ſi à criminib' longè ſimus,non tamen deeſt,vbi deſideriis peccati,vel facto,vel dicto,vel cogitato obediamus,quando aduerſus maiora vigilantibus,quædã incautis minuta ſubrepunt,quæ ſi aduerſus nos colligantur, etſi non ſingula ſuis motibus conterunt, omnia tamen aceruo nos obruunt:& ꝓpter hęc etiam hi qui ambulãt in viis domini,dicunt : Dimitte nobis debita noſtra:quoniam ad vias domini & ipſa oratio pertinet,& ipſa confeſsio,quãuis non ad eas peccata pertineant. Itaque in viis domini,quas omnes fides vna complectitur,qua in eum creditur qui iuſtificat impium,qui etiam dixit,Ego ſum via,nemo

Pſal. 118

Iob 7.

Mat. 6.

peccatum operatur,ſed cõfitetur. Deuiat
Ioan.15. ergo cũ peccat,& ideo peccatum viæ nõ
tribuitur,quod à deuiante committitur,
ſed in via fidei pro non peccantibus ha-
Roma.4. bentur,quibus peccata non imputantur.
De quibus apoſtolus Paulus iuſtitiam fi-
dei commẽdans,in pſalmis ſcriptum eſſe
Pſa.31. monſtrauit: Beati quorum remiſſę ſunt
iniquitates,& quorum tecta ſunt pecca-
ta. Beatus vir cui non imputauit dominus
peccatum. In hac autem via, id eſt,in fide
pia quiſquis ambulat,aut peccatum non
operatur,aut ſi quid à deuiante commit-
titur, propter viam non imputatur, &
tanquam non fuerit operatus accipitur,
& ideo bene etiam ſic intelligitur: Non
enim qui operantur iniquitatem,in viis
eius ambulauerunt, vt hanc iniquitatem
ſignificauerit, qui recedit à fide, aut non
accedit ad fidem. Qui ergo operãtur ini-
quitatem,id eſt,infidelitatem,non in viis
eius ambulauerunt,quia in Chriſtum nõ
crediderunt.

INTERROGATIO XCIII.

Pſal.118 *Cùm pſalmiſta dicat, In corde meo abſcondi
eloquia tua, & reliqua: quomodo conſequens eſt,
vt ſubiungere videatur, dicens: Benedictus es do-*
Ibidem. *mine, doce me iuſtificationes tuas?*

RESPONSIO.

Quomodo adhuc ea quęrit diſcere, quę abſcondita iam cuſtodit in corde, quod vtique non feciſſet, niſi ea didiciſſet: niſi quia eas vult faciendo diſcere, nō loquēdo vel memoria retinendo? Quoniā ergo ſicut in alio pſalmo legitur, benedictionem dabit, qui legem dedit, ideo benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas. Qui enim in corde meo abſcondi eloquia tua, vt nō peccem tibi: legem dediſti, da etiam benedictionē gratiæ, vt faciendo diſcam, quæ intimando iuſsiſti.

INTERROGATIO XCIIII.

Quomodo Dauid dicit, In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui: cùm Paulus apoſtolus dicat, Inſcrutabilia eſſe iudicia Dei, & inueſtigabiles vias eius? Quis omnia iudicia dei enūciare poßit, quum inueſtigare non poßit? *Pſal.* 118. *Roma.* 11.

RESPONSIO.

Nunquid iudicia Dei neſcit eccleſia? Scit planè. Nam ſcit vtique, qualibus dicturus ſit iudex viuorum & mortuorum: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, & qualibus dicturus ſit, Ite in ignem æternum. Scit, inquam, neque for *Mat.* 25.

1.Cor.6. nicatores,neq; idolis ſeruiẽtes, neq; hos neq; illos, quos ibi apoſtol⁹ Paulus enumerat,regnũ dei poſſeſſuros. Scit iram& indignationem, tribulationem & anguſtias,in omnem animam hominis operãtis malum,Iudæi primùm & Græci:glo- Roma.1. riam verò & honorem & pacem, omni operanti bonum, Iudæo primũ & Græco. Hæc atq; huiuſmodi iudicia Dei euidenter expreſſa nouit eccleſia, ſed non ipſa ſunt omnia, quum ſint quædam inſcrutabilia,& ſicut multa abyſſus profunda & occulta. An & ipſa nota ſunt quibuſdam excellentioribus membris hominis huius,qui cum ſuo capite ſaluatore totus eſt Chriſtus? Inſcrutabilia enim fortaſſe dicta ſunt homini, quia viribus ſuis ea non poteſt perſcrutari. Sed cur non poſſit dono ſpiritusſancti, cuicunq; hoc dominus cõferre dignatur? Sic enim & illud dictum eſt, Deus habitat lucem inacceſſibilem:& audimus tamen,Accedite ad me,& illuminamini: quæ vtique quæſtio ita ſoluitur, vt inacceſsibilis ſit viribus noſtris,accedatur autem ad eum muneribus ſuis. Quãquam & ſic nemini omnino ſanctorum,quãdiu corpus quod corrumpitur,aggrauat animã,omnia iu-

dicia dei ſcire conceditur, quia reuera multùm eſt ad hominem, cùm profectò, vt aliquid exempli gratia dicam, vnde iu diciorum dei coniiciatur immenſitas, cũ nemo ſine iudicio dei ſit tardus in animo, vel claudus in corpore, habet tamen vnde dicat eccleſia, hoc eſt, populus acqui ſitionis, & veraciter dicat: In labiis meis enunciaui omnia iudicia oris tui, id eſt, nihil iudiciorum tuorum tacui, quæ mihi per eloquia tua innoteſcere voluiſti, ſed omnia prorſus in labiis meis enunciaui, hoc enim ſignificatur, quia non ait, omnia iudicia tua, ſed omnia iudicia oris tui, id eſt, quæ mihi dixiſti: vt per os eius, eloquium eius intelligamus. Quod factum nos in reuelationibus ſanctorum pluribus, & teſtamentis duobus ſcimus; quæ omnia iudicia vſquequaque in labiis ſuis enunciare non ceſſat eccleſia.

INTERROGATIO XCV.

Cùm pſalmiſta in centeſimo decimo octauo pſalmo dicat, A iudiciis tuis non declinaui: quomodo in ſubſequentibus ipſe quaſi econtrario expetere videtur dicens: Iudicia tua doce me? Quomodo ergo à iudiciis nõ declinauit, ſi ea non nouerat? Porrò ſi nouerat, quomodo ea doceri ſe petebat? *Pſal.* 118. *Ibidem.*

RESPONSIO.

Auguſtinus hoc ita exponit,dicens: vt intelligeremus verba proficientis, & ad di ſibi ad id quod acceperat, poſtulantis.

INTERROGATIO XCVI.

Quomodo concordia approbentur,quæ contraria ſibi videntur de his quæ pſalmiſta dicit,Euãgelium econtra reſpondit? Sic enim de charitate pſalmiſta ſcribit, Latum mandatum tuum nimis: & iterũ,Statuiſti in ſpatioſo loco pedes meos. Si igitur lata eſt charitas:per quam peruenitur ad Deum:quomodo econtra in euangelio dominus dicit,Intrate per anguſtam portam? Item alia duo ſimilia,quæ ſibi videntur eſſe contraria Dicit enim pſalmiſta, Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras: & quaſi econtra Dominus in Euangelio dicit , Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue . Quomodo ergo lata eſt charitas,ſi anguſta porta? Quomodo iugum ſuaue eſt & onus leue,ſi in præceptis Dei hæ viæ duræ ſunt,quæ cuſtodiuntur?

Ibidem. Pſal. 30. Lucæ 13. Pſal.16. Matt.11.

RESPONSIO

Sed hanc nobis quæſtionem citius ipſa charitas ſoluit:quia via dei & inchoãtib⁹ anguſta eſt,& perfectè iã viuẽtibus lata:

126

& dura ſunt quæ contra vſum ſpiritualiter in animo proponimus,& tamen onꝰ dei leue eſt,poſtquam hoc ferre cœperimus,ita vt pro amore eius, & perſecutio placeat,& omnis pro eo afflictio in mentis dulcedinem veniat. Sicut ſancti quoque apoſtoli gaudebant,cùm pro domino flagella tollerabāt. Ipſa ergo anguſta porta,amantibus lata fit:ipſæ vitæ duræ, ſpiritaliter currentibus molles & planæ fiunt. Dum enim ſciat animus ſe pro temporalibus doloribus gaudia æterna recipere,& hoc incipit per quod affligitur amare. Acto. 5.

INTERROGATIO XCVII.

Cùm Dauid in pſalmo centeſimo quadrageſimo ſecundo dicat, Nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: quomodo quaſi ecōtrario Paulus videtur dicere, Elegit nos in Chriſto ante conſtitutionem mundi vt eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo? Aut enim ſancti & immaculati coram deo Epheſij ſunt,quibus Apoſtolus ſcribit: & falſum eſt hoc quod dicitur, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuēs. Aut ſi nemo iuſtificabitur in conſpectu dei, falſum eſt quod præceſſit, ſanctos & immaculatos eſſe in conſpectu dei. Pſal.142. Ephe.1.

RESPONSIO.

Ad hæc bifariè reſpondendum eſt. Nō enim ait Paulus, elegit nos ante conſtitutionem mūdi, cùm eſſemus ſancti & immaculati, ſed elegit nos, vt eſſemus: hoc eſt, Qui ſancti & immaculati antè non fuimus, vt poſtea eſſemus. Quod & de peccatoribus ad meliora cōuerſis dici poteſt, & ſtat illa ſententia: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, id eſt, in tota vita ſua, in omni, quod in mundo iſto verſatus eſt, tempore. Non enim eliguntur Paulus & qui ſimiles ei ſunt, non quia erant ſancti & immaculati, ſed eliguntur & prædeſtinantur, vt in conſequenti vita per opera & virtutes ſancti & immaculati fiant. Deinde & ſic ſentiendum eſt, quia dixerit, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, id eſt nō iuſtificabitur omnis, iuſtificabuntur aliqui.

INTERROGATIO XCVIII.

Pſal. 144 *Cùm in* cxliiij. *pſalmo ſcribatur de deo, Magnitudinis eius non eſt finis: quomodo in pſalmo* lxxxviij, *quaſi econtrario dicitur, Deus qui glo-*
Pſal. 88. *rificatur in conſilio iuſtorum, magnus & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu eius ſunt? Si vbique deus, qui poterunt eſſe in circuitu eius, vt ille*

quaſi in medio poſitus ab aliis circundetur? Si enim habet aliquos in circuitu, quaſi vndique finitus intelligitur. Porrò ſi verum dictũ eſt de Deo magnitudinis eius non eſt finis, qui remanẽt qui ſint in circuitu eius?

RESPONSIO.

Niſi quia ille qui vbique eſt, voluit per carnem in vno loco naſci, in vna gente conuerſari, in vno loco crucifigi, ex vno loco reſurgere, ex vno loco ad cœlum aſcendere. Vbi hoc fecit, in circuitu eius gentes ſunt. Si ibi remaneret, vbi iſta fecit, non eſſet magnus & terribilis in omnes qui in circuitu ei⁹ ſunt. Quia verò ibi ſic prædicauit, vt inde ſui nominis mitteret prædicatores per omnes gentes, toto orbe terrarum faciendo miracula per ſeruos ſuos, factus eſt magnus & terribilis in omnes qui in circuitu eius ſunt.

INTERROGATIO XCIX.

Cùm pſalmiſta dicat, Propè eſt dominus omnibus inuocantibus ſe in veritate: quomodo Salomon dicit Inuocabunt me, & non exaudiam? *Pſal. 144* *Prou. 1.*

RESPONSIO.

Multi dominum inuocant, ſed non in

veritate, quærentes ab illo terrenarum rerum lucra vel prædia. Alia ab illo quęrunt, & ipſum non quærunt. Qui autem dominũ ipſum, à quo acceperunt de quibus gaudent, præponunt omnibus rebus quas acceperunt, & ipſum deum non propter aliud aliquid, ſed propter ſemetipſum quærunt & amare videntur, ij omnes qui in veritate inuocãt dominum, & propè eſſe eis dominus creditur. Nõ omnibus, ſcilicet qui & mala ab illo petunt & trãſitoria quęrũt: ſed hos tantũ omnes dicit, quibus inuocantibus ſe in veritate proximus fit, qui ea ſibi à domino dari expetunt, quæ ipſi domino placita ſunt.

INTERROGATIO C.

Prou. 1. *Cùm in Prouerbiis Salomonis ſcriptura ex voce dei loquatur, dicens: Inuocabunt me, & nõ exaudiam eos: quomodo in pſalmo octogeſimo quinto ſcribitur, Tu domine ſuauis & mitis es, & multùm miſericors omnibus inuocantibus te? Si omnes inuocantes ſe Deus exaudit, quomodo hîc dicit, inuocabunt, & non exaudiam eos?* Pſal. 85.

RESPONSIO

Sunt enim qui inuocant Deũ propter Deũ, & ſunt qui inuocant propter aliud, quod Deus dare nõ vult. Illi qui ſecundũ

domini voluntatem petunt,quæ Deus vtique iuſſit,inueniuntur in pſalmi huius verſu quo ſcribitur. Multùm miſericors omnibus inuocantibus te.Illi autem,qui deum non propter deum inuocãt, ſed aliquid ſibi dari contra dei voluntatem petunt,hi reprobantur domini voce,qua dicitur:Inuocabunt,& non exaudiam eos. Quidam inuocantes, non inuocant dominum,de quibus dicitur,Dominum nõ inuocauerunt : ſed propterea inuocant, vt veniat ad eos pecuniæ hæreditas,& ſecularis dignitas.Qui ſic inuocat dominũ ſibi adiutorem ponit cupiditatum , non exauditorem deſideriorũ.Vide inuocantem deum in alio Pſalmo: Vnam petij à domino,hanc requiram . Quid eſt quod petiit?vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitæ meæ . Vt quid hoc ? vt contempler delectationẽ domini.Si ergo amatores,ſi ſynceriſsimismedullis caſtisq; ſuſpiras,ipſum dilige , ipſum ama, illi flagra,illi inhia,quo iucundius nihil inuenis.Si ergo ſic diligis, & ſic inuocas Deum,pertines ad iſtum verſum,Et multũ miſericors omnibus inuocantibus ſe. *Pſal.4.*

INTERROGATIO CI.

Cùm Salomon in Prouerbiis de via iniquitatis loquatur, dicens: Omnis qui ambulat in ea, nõ
1.Tim.1. *reuertetur: quomodo Paulus à perſecutione & *
Luc.22. *blaſphemia rediẽs dicit, Qui fui blaſphemus & perſecutor, & Petrus à negatione ad fletum conuerſus, reſpectum Chriſti promeruit?*

RESPONSIO.

Per ſeipſum homo poteſt in illa via iniquitatis ambulare, non poteſt autem per ſeipſum redire, niſi gratia reuocetur.

INTERROGATIO CII.

Prou. 13. *Cùm Salomon dicat, Iuſtus maducans replet animam ſuam, animæ autem impiorum in egeſtate ſunt: quomodo Paulus apoſtolus, qui vtique iuſtus erat, quaſi econtrario dicebat, Vſque ad*
1.Cor.4. *hanc horam & eſurimus & ſitimus: necnon & illud vbi dicit, In fame & ſiti, & in ieiuniis*
2.Cor.11. *multis?*

RESPONSIO.

Iuſtus ſine intermiſsione cibo ſermonis dei alitur, *cui impius non participatur, hoc pane cœleſti & iuſtus ſatiatur, & impius abſtinetur & ideo Paulus non de iſto pane cœleſti ſe dicebat eſurire, de quo pleniùs ſatiatus erat. ſed de iſto corporeo pane, quo vita hominis ſuſtentatur.

**cùm.*

IN-

INTERROGATIO CIII.

Cùm Salomon dicat, Cor regis in manu Dei eſt, & vbi voluerit vertet illud: quomodo Daniel econtrario videtur de Nabuchodonoſor dixiſſe, Quos volebat interficiebat, & quos volebat percutiebat, quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat? Si in huiuſcemodi honoribus & percuſſionibus, exaltatione & humiliatione, non eſt de prouidentia, nec præceptum, ſed eorum voluntas, qui percutiunt quos voluerint & exaltant, quomodo ergo accipitur, cor regis in manu Dei eſſe? Prou. 21 Dan. 5.

RESPONSIO.

Niſi fortè ſanctum aliquem dicamus regem, cuius non regnat peccatum in mortali corpore, & cuius ideo ſeruatur cor, quia in manu dei eſt. Quicquid autem in manu dei patris fuerit, nullus poteſt rapere ex ea: & quicunque raptus fuerit, intelligitur in manu domini non fuiſſe. Ioan. 10

INTERROGATIO CIIII.

Quomodo Salomon pro diuiſione aquarum vtrunque præcipiat, id eſt, & in plateis aquas ſuas quiſquis ille diuidat, & econtra vt ſolus eas habeat? Ait enim, Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide: & econtra, Prouerb. 3 Ibidem.

Habeto eas ſolus, &c.

RESPONSIO.

Aquam prædicator de ciſterna ſua bibet, quum ad cor ſuum rediens, prius audit ipſe quod dicit. Bibet ſui fluenta putei, ſui irrigatione infundetur verbi, vbi bene ſubiungitur: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Rectum quippe eſt, vt prius ipſe bibat, & tunc prædicando aliis influat. Fontes nãque foras deriuare, eſt exterius aliis vim prædicationis infundere. In plateis autẽ aquas diuidere, eſt in magna auditorum amplitudine iuxta vniuſcuiuſque qualitatem diuina eloquia diſpenſare. Et quia plerunque inanis gloriæ appetitus ſubrepit, dum ſermo dei ad multorum notitiam currit, poſtquam dictum eſt, In plateis aquas tuas diuide, rectè ſubiungitur: Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. Alienos quippe, malignos ſpirit⁹ vocat, de quibus per prophetam tentati voce hominis dicitur: Alieni inſurrexerũt in me. Ait ergo: Aquas tuas in plateis diuide, & ſolus eas habe, ac ſi apertiùs dicat: Sic neceſſe eſt vt prædicationi exterius ſeruias, quatenus per elationem te malignis ſpiritibus non coniungas, ne in

diuini verbi miniſterio hoſtes tuos ad te participes admittas. Aquam ergo & in plateis diuidimus,& tamen ſoli poſſidemus,quando exterius prædicationem late fundimus, & tamen per eam humanas laudes aſſequi minimè ambimus.

INTERROGATIO CV.

Quomodo Salomon dicat. Peccatores perſequitur malum: & econtra Hieremias,Bene eſt omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt? *Prou.13.* *Hier.12.*

RESPONSIO.

Propheta cum deo ſuper hac impiorũ proſperitate diſceptans,anxius pro afflictione ſanctorum, videns eos ærumnis variis ac tentationibus ſubiacere, & ecõtra peccatores non ſolùm abſque vllo humiliationis flagello, curſum mundi iſtius pertranſire,ſed etiam affluentia diuitiarum,ac ſumma rerum omnium proſperitate gaudere: intolerabili zelo ac ſpiritus ſui feruore ſuccenſus,exclamat: Quare via impiorum proſperatur? Bene eſt omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt? Hæc propheta dicendo, non approbauit quòd bona præſentia peccatores pro meritis conſequantur, ſed cur

eis qui malè agunt, hîc bene ſit quodam modo anxioſè conqueritur. Duo itaque ſuperiora ſibi contraria non ſunt, dum peccatores ſic in præſenti ſeculo bona præſentia ſequantur, vt tamen futurum eos malum excipiat, dum malèviuentes, & bene in pręſenti ſeculo habentes, ſubitò ad inferna deſcendere prædicuntur.

INTERROGATIO CVI.

Quomodo Salomoni præcipienti, Laudet te os alienum, & non tuum, extranei magis quàm labia tua: videatur Iob contraria dixiſſe, cum laudes ſuas ſic enarrat, dicens: Oculus fui cæco & pes claudo, &c.

Prou. 31. *Iob 29.*

RESPONSIO.

In eo quod dicit, Laudet te os alienum, & non tuum, appetitum vanæ glorię prohibet, id eſt, vt cùm bona noſtra aliis nũciamus, non noſtram, ſed dei gloriam augere cupiamus. Quia qui plauſibiliter facere intendunt, vt verè immundi à Domino reprobantur. Scriptum eſt enim: Immundus eſt apud Deum omnis qui exaltat cor. Iam verò cùm viri ſancti deſe bona pronunciant, non contra ſuperioris præcepti regulam agunt, qui in virtutibus quas de ſe prædicant, & in bonis quæ ſe egiſſe commemorant, non ſuam,

ſed Dei gloriam narrant. Nec vt ipſi apud homines ſua oſtenſione proficiant, ſed vt eos quibus prædicant, exẽplo ſuo ad vitam trahant. Ergo cùm ſic ſuas laudes nũciant, non ore ſuo ſe laudant: quia non ſuam, ſed domini gloriam in ſe prædicant. Vnde non erunt præcepto ſuperiori contraria, quia non ore ſuo, id eſt, vitio appetendæ laudis de ſe bona pronunciant, ſed ſpiritu Dei, quo introrſus aguntur, dona Dei quæ in ſe cernũt, vtiq; narrant: & ideo alieno quaſi ore laudãtur, quũ ſpiritu dei, qui alienus eſt vtiq; à mundano contagio, bona talium prædicantur. Vnde & Apoſtolus: qui gloriatur in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem deus cõmendat. Nam & Moyſes non ore ſuo, ſed alieno laudaſſe ſe viſus eſt cũ ſpirituſſancti vegetatione cõpulſ⁹, ſic de ſe tanquam ſi de alio laudem protulit, dicens: Erat Moyſes vir mitiſsimus ſuper oẽs hoĩes qui morabãtur in terra.

INTERROGATIO CVII.

Cùm Salomon dicat, Generatio præterit, & generatio aduenit, terra verò in æternum ſtabit: Eccleſ. 1.
quomodo Iob dicit, omnia hæc humiliari & auferri. Iob 14.

RESPONSIO.

Quod tamen facilè diſcutimus, ſi terra & cœlum, vel qualiter tranſeat, vel qualiter maneat, diſtinguamus. vtraque nanq; hæc per eam quam nunc habent imaginem, tranſeunt, ſed tamen per eſſentiam ſine fine ſubſiſtunt. Hinc nanque per Paulum dicitur: Præterit enim figura huius mundi: quæquidem non alia condenda ſunt, ſed hæc ipſa renouentur. Cœlum igitur & terra tranſiet, & erit, quia & ab ea quam nunc habet ſpeciem, per ignem tergitur, & tamen in ſua ſemper natura ſeruatur. Vnde & per pſalmiſtam dicitur: Mutabis ea, & mutabuntur. Quam quidem vltimam commutationem ſuam, ipſis nunc nobis viciſſitudinibus nũciant, quibus noſtris viſibus indeſinanter alternant. Nam terra à ſua ſpecie hyemali ariditate deficit, vernali humore virideſcit: cœlum quotidie caligine noctis obducitur, & diurna claritate renouatur.

INTERROGATIO CVIII.

Eccleſ. 8. *Cùm Salomon dicat, Non permaneas in opere malo: quomodo in Apocalypſi angelus loquitur econtra, Qui nocet, noceat adhuc: & qui*
Ap. 22. *in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc?*

RESPONSIO.

Omnis qui deo veraciter per timorē ſubditur, nouit voluntatem domini iubētis, vt declinet à malo, & faciat bonum. Ergo quod angelus Ioanni loquitur dicens, Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: non præcipiendo, ſed prædicendo vel prophetando id loquitur. Nec præceptum inducit, vt hominibus expediat nocere, vel ſordidare, ſed prædicit potiùs, vel prophetat, quid pro conſummata iniquitate talibus euenire poſſit. Ad hoc etiam pertinet verſus ille pſalmi, vbi dicitur, Conſummetur nequitia peccatorum, quod Auguſtinus ita exponit. Conſūmetur, inquit, perficiatur, ſecundum illud quod eſt in Apocalypſi: Iuſtus iuſtior fiat, &c. Videtur enim conſummata nequitia hominum, qui crucifixerunt filium dei: ſed eorum maior eſt qui nolunt rectè viuere, & oderunt præcepta veritatis, pro quibus crucifixus eſt filius dei. Conſummetur ergo, inquit, nequitia peccatorum, id eſt, perueniatur ad ſummam nequitiam, vt poſſit iuſtum iam venire iudicium.

Pſal. 36. *Pſal. 7.* *Ap. 22.* *Cant. 6.*

INTERROGATIO CIX.

Cùm vna ſit Eccleſia, teſtante Salomone,

Vna & perfecta mea, vna eſt columba mea, dicente quoque Apoſtolo, Eccleſia Dei viui,
Apoc. 1. *quæ eſt columna & firmamentum veritatis: quomodo Ioannes in Apocalypſi ſeptem ſcripſit eccleſiis?*

RESPONSIO.

Niſi vt vna catholica ſeptiformi plena ſpiritu deſignetur, ſicut & de domino nouimus dixiſſe Salomonem: Sapien-
Prou. 9. tia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, Quæ tamẽ ſeptem, vna eſſe non ambigitur, dicente Apoſtolo: Eccleſia Dei viui, quæ eſt columna & firmamentum veritatis.

INTERROGATIO CX.

Cùm ſcriptum ſit in libro Salomonis, Spi-
Sapien. 1. *ritus domini repleuit orbem terrarum: quomodo*
Ezec. 1. *econtrario in Ezechiele idem ipſe ſpiritus diſcurrens dicatur, vel in libro ſapientiæ modò mobilis, modò ſtabilis nominetur?*

RESPONSIO.

Cur iſte ſpiritus qui implet omnia, ſimul mobilis & ſtabilis dicatur, ſi ad vſum cõ
Sapien. 7 ſuetudinis humanę recurrimus, ſenſum citius loquentis inuenimus. Homo quippe, quia in ea regione in qua eſt, vbique diſcurrit, procul dubio vbique obuiam

venit,& repente vbi non creditur inuenitur. Omnipotentis ergo ſpiritus vt vbique præſentia ſignaretur, & mobilis & ſtabilis, dicitur. Stabilis, quia per naturã omnia continet, mobilis autem dicitur, quia vbique, etiam neſciẽtibus, occurrit. Tenens ergo omnia, ſtabilis: præſentem ſe omnibus exhibens, mobilis appellatur. Poteſt & aliter intelligi. In ſanctorũ quippe cordibus, iuxta quaſdam virtutes ſemper manet: iuxta quaſdam verò, receſſurus venit, & venturus recedit. In fide etenim ſpe atque charitate, & in bonis aliis ſine quibus ad cœleſtem patriã non poteſt perueniri, ſicut eſt humilitas, charitas, iuſtitia, atque miſericordia, perfectorum corda non deſerit. in prophetiæ verò virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione, electis ſuis aliquando adeſt, aliquando ſe ſubtrahit: adeſt, vt eleuẽtur ad ſemetipſum: ſubtrahit, vt humilientur.

INTERROGATIO CXI.

Cùm in vtroque teſtamento ſpiritus Domini bonus eſſe legatur, ſicut inter cætera illud in Salomone eſt, Spiritum tuum bonum dediſti eis domine: quomodo in libris Regum ſcribitur, quod ſpiritus Domini malus irruebat in Saul, Sap.12. 1.Re.18.

vtrunque videlicet ſonans, & domini, & malus? Si domini, cur malus? Si malus, quomodo domini dicitur?

RESPONSIO.

Spiritus dei ſanctus, qui tertia eſt in Trinitate perſona, trinus eſt vtique, de
Sapi.7. quo in libro ſapientiæ legitur, quòd ſit multiplex, ſubtilis, mobilis, diſertus, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere. Hic autem ſpiritus qui & domini dicitur, & malus, non niſi diabolus debet intelligi: domini videlicet per licentiam poteſtatis iuſtæ, malus autem per deſiderium volũtatis iniuſtæ. Omnis enim voluntas diaboli, iniuſta eſt: & tamen permittente deo omnis poteſtas iuſta. Nam & ipſe dicitur ſpiritus malus, propter nequiſſimã voluntatem: ſpiritus domini, propter acceptam iuſtiſſimam poteſtatem.

INTERROGATIO CXII.

Quomodo in ſapientiæ libro dicitur deo, Cùm
Sapi.12. *ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: cùm ſtatim ecõtra ibidem ſubiungatur, Ipſum quoque qui non debet puniri, condemnas, & exterum extimas à*
Sapi.12. *tua virtute? Quomodo iuſtus eſt, & omnia iuſtè diſponit, ſi eum qui non debet puniri, condemnat?*

RESPONSIO.

Mediator enim noſter puniri pro ſemetipſo non debuit, quia nullum culpæ contagium perpetrauit. Sed ſi ipſe indebitam non ſuſciperet, nunquam nos à debita morte liberaret. Pater ergo quum iuſtus ſit, iuſtum puniens, omnia iuſtè diſponit: quia per hoc cuncta iuſtificat, quo eum, qui ſine peccato eſt, pro peccatoribus damnat: vt eo electa omnia ad culmen iuſtitiæ ſurgerent, quo is, qui eſt ſuper omnia, damna iuſtitiæ noſtræ ſuſtineret.

INTERROGATIO CXIII.

Cùm Salomon dicat, Eſt confuſio adducens peccatum: quomodo idem quaſi econtrario ibi ſubiungit, Eſt confuſio adducens gloriam? *Eccleſ. 4*

RESPONSIO.

Sicut verecundia laudabilis eſt in malo, ita reprehenſibilis eſt in bono. Erubeſcere enim, malum ſapientiæ eſt: bonũ verò erubeſcere, fatuitatis. Qui enim erubeſcit pœnitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatem peruenit: qui verò erubeſcit bona facere, à ſtatu rectitudinis cadit; atque ad damnationem tendit.

INTERROGATIO CXIII.

Cùm Salomon dicat, Ne iteres verbum in
Eccleſ.7. *tua oratione: quomodo Paulus quaſi econtra præ*
.Theſ.5. *cipit, dicens: Sine intermiſſione orate?*

RESPONSIO.

Solerter debemus meminiſſe quòd dicitur, ne iteres ver bum in tua oratione. Quo videlicet dicto vir ſapiens nequaquam nos prohibet ſæpe veniam petere, ſed culpas iterare, ac ſi apertè dicat, Cùm male geſta defleueris, nequaquam rurſ⁹ facias, quod in precibus iterum plangas. Qui ergo verbum in oratione iterari vetuit, non orationis frequentiam interdixit, ſed culpas iterari prohibuit.

INTERROGATIO CXV.

Cùm Ieſus filius Sirach dicat, Initium omnis
1.Tim.6. *peccati ſuperbia: quomodo item Apoſtolus dicit,*
Radix omnium malorum cupiditas?

RESPONSIO.

Sermonem propheticum Paulus apoſtolus, hoc dicendo, vt ſolet, expoſuit: quandoquidem ſiue initium omnis peccati, ſiue radicem omnium malorum dicas, vnum idémque ſignificas. Porrò

cupiditas atque ſuperbia intantum vnũ eſt malum, vt nec ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſsit cupidus inueniri. Siquidem & diabolus in quo tenet ſuperbiæ principatum, propriæ poteſtatis ac perditionis humanę cupidus fuit, & ipſe homo per appetitũ arboris interdictæ, ac diuinæ ſimilitudinis affectationem, morbo ſe affectum cupiditatis oſtendit. Ideóque ſi volumus conſummare noſtri certaminis curſum, caueamus in primis cupiditatem atque ſuperbiam, non duo mala, ſed vnum, à quo trahunt omnes mali actus initium. Nam ſine ſuperbia quæ poſſunt ſaltem inchoari peccata, quum dicatur, Initium omnis peccati ſuperbia: aut ſine cupiditate quæ eſt malorum omnium radix, quę poſſunt fieri mala, quum ſine radice omnium aut nulla deputentur, aut mortua? Deinde ſi quodlibet peccatum perpetrare non poſſum, niſi meæ delectationi conſentiam, quod cupiditatis eſt proprium: & dei prę cepta contemnam, quod eſt ſuperbię malum: quomodo non ex cupiditate quę eſt radix omnium malorum, & ex ſuperbia quæ initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatũ? De hoc etiam qui-

dem alius doctor ita dicit,ait enim. Cùm ſuperbia ſit amor excellẽtiæ propriæ,inuidentia verò ſit odium fœlicitatis alienæ:quid vnde naſcatur, ſatis in promptu eſt. Amando enim quiſque excellentiam ſuam,vel paribus inuidet,qui ei coæquẽtur:vel inferioribus,ne ſibi coæquentur:vel ſuperioribus quod eis nõ coæquetur. Superbiendo igitur inuidus, non inuidẽdo quiſque ſuperbus eſt, meritò initium omnis peccati ſuperbia. Cui teſtimonio non inconuenienter aptatur etiam illud quod Apoſtolus ait, radix omnium malorum eſt auaritia:ſi auaritiam generalẽ intelligamus,qua quiſque appetit aliquid amplius quàm oportet,propter excellentiam ſuam,& quẽdam propriæ rei amorem: cui ſapienter nomen Latina lingua indidit,quum appellauit priuatam. Quod potiùs à detrimento, quàm ab incremẽto dictum elucet:omnis enim prçuaricatio minuit. Vnde itaque vult eminere ſuperbia,inde anguſtias egeſtatémque contruditur,cùm ad cõmune reipublicç damnum ſui amore redigitur. Specialis eſt autẽ,auaritia,quç vſitatius appellatur amor pecuniæ,cuius nomẽ Apoſtolus, per ſpeciem genus ſignificãs, vniuerſalem aua-

ritiam volebat intelligi,dicendo: Radix omnium malorũ eſt auaritia. Hac enim & diabolus cecidit,qui vtique non amauit pecuniam,ſed propriam*volũtatem. Proinde peruerſus ſui amor,priuat ſancta ſocietate turgidum ſpiritum,eúmque coarctat miſeria iam per iniquitatem ſatiari cupientem.

*Poteſtatem.

INTERROGATIO CXVI.

Quomodo in Eccleſiaſtico habetur, Si benefeceris, ſcito cui benefeceris, & erit gratia in donis tuis multa? Cui cõtrarium illud videtur eſſe praeceptum, Ne eligas cui benefacias. *Eccle.12.*

RESPONSIO.

Hoc loco in quo ſcribitur, Ne eligas cui benefacias, nihil mihi probabilius aliud occurrit, quàm quod Chriſtus in Euangelio dicit, vbi ait: Cùm facis prandiũ aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites, ne fortè & ipſi te inuitent, & fiat tibi retributio. Sed quum facis conuiuium, voca pauperes, debiles claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent vnde retribuant tibi. Ergo hoc eſt quod dicit, Ne eligas cui benefacias, quod & Chriſtus modò confirmat, dicendo: Noli vocare diuites. Dicitur ergo, *Lucæ 14.*

Ne eligas cui bene facias,ac ſi diceretur: Ne vſus eleemoſynæ tuæ in diuitũ perſonis expendas, ne electione libitus tui non egentẽ cõſiderãdo reficias,ſed perſonas eligendo, diuitem paſcas. Nam vt quidã ſapiens dixit,quid eſt aliud habẽti dare quàm perdere?iam verò illud quod ait,Si benefeceris,ſcito cui benefeceris: ſic intelligitur vt cõſideretur in largiẽdo ætas atq; debilitas, nõnunquã etiam verecundia ,'quæ ingenuos prodit natales; vt ſenibus plus largiaris , qui ſibi labore iam non queunt victũ quærere.Similiter & debilitas corporis,& hęc iuuãdo prõptius tũc,ſi quis ex diuite cecidit in egeſtatem,& maximè ſi non vitio ſuo, ſed aut latrociniis,aut proſcriptione,aut calumniis quæ habebat amiſit. Hæc ſi diligentius ſecundum quod dictum eſt,conſiderẽtur,repugnare ſibi nullo modo videbuntur.In vno enim eodémque præcepto Domini,vtraque expoſita inuenimus:in eo enim quod dicit , Noli vocare amicos tuos,fratres,cognatos , vel diuites:intelligitur illud,Ne eligas cui bene facias.Quod autem eadem Euangelica lectione ſubiungitur, Voca pauperes, debiles,claudos,cæcos, ad hoc pertinet, quod

quod in Eccleſiaſtico ſcribitur: Si benefeceris, ſcito cui benefeceris. Ergo cùm ſcribitur, Ne eligas, ſubaudire neceſſe eſt, habentes quibus benefacias.

INTERROGATIO CXVII.

Cùm ſcriptum ſit in libro Ieſu filij Sirach, Da bono, & non receperis peccatorem: benefac humili, & non dederis impio, prohibe panes illi dare: quomodo Chriſtus in Euangelio quaſi econtrario videtur præcipere, dicens, Omni petenti te da? *Eccle. 12.* *Luc. 6.*

RESPONSIO.

Hæc à beato Auguſtino ita reperimus explanata. Ait em̃: Fac miſericordiã iniquo, non tanquã iniquo: nam ipſum iniquum inquantum iniquus eſt, ne ſuſcipias, id eſt, ne quaſi intẽtione & amore iniquitatis illius ſuſcipias eum. Occurrit enim tibi homo peccator: Cũ dico, occurrit tibi homo peccator, duo nomina dixi, hæc duo nomina nõ ſuperflua ſunt. Duo nomina, aliud homo, aliud quod peccator: quod homo, opus dei eſt: quod peccator, opus hominis eſt. Da operi Dei, noli opi hominis. Quid eſt, dare operi hominis? qui donat venatoribus, qui donat hiſtrionibus, aurigis, meretricibus. Quare

donant? Nũquid domino & ipſis hominibus donant? Non enim ibi attendunt naturā operis dei, ſed nequitiam operis humani. Vis videre quid honores in venatore, quando illum veſtis? Si tibi dicatur, Tales ſunt filij tui, Iniuria eſt, inquis. Quare iniuria eſt, niſi quia illa iniquitas, quia turpido? Non ergo donas, cùm donas, fortitudini, ſed turpitudini. Quoniā ergo qui venatori donat, non homini donat, ſed arti nequiſſimæ: nā ſi homo tantùm eſſet, & venator non eſſet, nō donares: honoras in eo *Venationem, nō naturam. Sic contra, ſi des iuſto, ſi des prophetæ, ſi des diſcipulo Chriſti aliquid cuius indiget, & non ibi cogites quia diſcipulus Chriſti eſt, quia miniſter eſt Dei, ſed cogites ibi aliquod commodum temporale, vt fortaſſe cauſæ tuæ neceſſarius quandoque fuerit, quia ei aliquid porrexiſti: iam non dediſti iuſto, ſi ſic dederis. quemadmodum ille non dedit homini, quando dedit venatori. Qui tale miniſterium de illo quęris, negabit tibi dominus mercedem iuſti, niſi cū additamento. Ait enim: Qui recipit iuſtū in nomine iuſti, id eſt, ideo recipit quia iuſtus eſt, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

*Vitium

Mat.10.

Quomodo ergo intelligis, Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet? ſic intellige, Qui recipit peccatorem in nomine peccatoris, perdet mercedem. Hoc ergo teſtimonio ſub generalitatem excepto, quo præcipitur, Omni petenti te da, cætera non erunt cõtraria. quia voluntas dantis in eis attenditur ſola, ſicque & iuſtum & peccatorem paſcere, non erit contra præceptum, ſi & iuſto propterea quòd iuſtus eſt: & peccatori, non propter hoc quod peccator eſt, ſed propter hoc quod creatura Dei eſt, ſalubriter & piè impendatur humanitatis officium.

INTERROGATIO CXVIII.

Quomodo Salomon dicit, Ne crediderris inimico tuo in æternum: cùm dominus in Euangelio præcipiat, Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es cũ illo in via. Eccle. 12. Matt. 5.

RESPONSIO.

Quòd Salomon non credendum inimico præcepit, de diabolo accipitur, ne noſipſos ei vnquam credamus. Quòd autẽ dominus cõſentiẽtes nos eſſe aduerſario præcepit, pro præcepto legis ſuæ hoc dicitur, vt cõſentientes illi, nõ tradamur iudici, ab eo tanquam diſſidentes arſuri.

INTERROGATIO CXIX.

Eccle.14. *Quomodo Salomon dicit, Beatus qui non eſt compunctus triſtitia delicti: quum Iacobus præcipiat, Miſeri eſtote, & lugete & plorate?* Iac.4.

RESPONSIO.

Beatum vtique illum dicit, qui nullum attigit delictum, cuius delicti triſtitia cõpungeretur. Poteſt fieri, vt nonnulli beatè viuentes, non triſtitia flagitiorum, ſed æternorum deſiderio compungantur. Hoc autem quòd Iacobus lugendum & plorandum præcepit, in vtrunque accipi poteſt, ſeu in his qui mala ſua deplorant, ſeu in illis qui ſolũ de cœleſtis patriæ amore ſuſpirant.

INTERROGATIO CXX.

Prou.7. *Quomodo Salomon præcepit, dicens: Fili, præter dominum ne timeas alium: cùm Apoſtolus in Epiſtola ad Ephesios quaſi cõtrario prædicet,* Epheſ.6. *dicens: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore: necnon, vxor timeat virum?*

RESPONSIO.

Cùm vxores viris, & ſerui dominis cũ timore ſeruire iubentur, quid aliud quàm ad Deum timor ipſe refertur, à quo eis ſubiectio ipſa præcipitur, & vt ſeruiant

maritis ſuis & dominis, imperatur? Sicut enim ſi bene obediatur dominis propter Deum, ad dominum ipſa bona obſequia referuntur: ita ſi dominis contradicatur, non ad eos, ſed ad Deum ipſa iniuria refertur, dicente Moyſe: Nec cõtra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra dominum. Nos enim quid ſumus? *Exod.16.*

INTERROGATIO CXXI.

Quomodo dicit Iob, Qui fundauit terram ſuper nihilum: cùm pſalmiſta dicat, Qui fundauit terram ſuper aquas? *Iob 26.* *Pſal.135.*

RESPONSIO.

Vt duo hæc ſibi non videantur eſſe cõtraria, id ex maiorum diſputatione collegimus. Dicit enim Ambroſius: De terræ qualitate ſiue poſitiõe ſufficiat ſcriptura. Secundum Iob ſciendum, quia ſuſpendit terram in nihilo. Philoſophi quoq; ſimiliter opinantur, aëre denſo terram ſuſtineri, & quaſi ſpongiã in medio aëris mole ſua immobilem pendere: ſicq; vt ęquabili motu hinc atq; inde, veluti alarũ ſuffulta remigiis ex omni parte librata ꝓpẽdeat, nec in partem poſsit inclinari alteram. De hoc verò quod pſalmiſta dicit, Qui fundauit terram ſuper aquas, vt ſu-

periori intelligentiæ non videatur eſſe contrarium, ſic beatus Auguſtinus diſputationis ſuæ texit oraculum. Ait enim, Quid eſt, qui firmauit terram ſup aquas? Obſcura enim quæſtio eſt, quia terra grauior videtur, vt non portari aquis, ſed aquas potiùs portare credatur. De qua re ne aduerſum eos, qui ſe putant ita certis rationibus comperiſſe, contentioſè ſcripturas noſtras defendere videamur, ſiue illud ita, ſiue aliter ſit, habemus quòd de proximo intelligamus: Terra, quæ habitatur ab hominibus, & terreſtria continet animalia, quæ alio modo in ſcripturis arida dicitur, ſuper aquas eſſe fundata dicitur, quòd aquis circunfluentibus ſupereminéat. Non enim q̃ dicitur littoraria ciuitas ſuper mare fundata, ita ſub ea mare eſt, quemadmodum ſunt aquę ſub ſpeluncarum cameris, aut ſub nauib⁹ ſupernatantibus: ſed ideo ſuper mare dicitur, quia inferiori mari ſupereminet. Sic dictus eſt Pharao exiſſe ſuper aquas, ita enim habet Græcus, quod quidã Latini habẽt, ad aquam. Sic Dominus ſuper puteum ſedebat, quod ambo ſuperiores eſſent, quàm flumen & puteus: ille iuxta flumen, iſte iuxta puteum. Ergo ſi hæc

ſecundum prædictum intellectum rimẽtur, in nullo ſibi contraria erunt.

INTERROGATIO CXXII.

Quomodo Iob dicit, ſathan inter filios dei aßiſtere coram domino: cùm in Euangelio ſcribatur, quia niſi mundo corde deum videre non poßint? Dicit enim: Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt. Sathan qui mundo corde eſſe non poteſt, quomodo videndo Domino affuiſſe poteſt? *Iob 2.* *Mat. 5.*

RESPONSIO.

Intuendum quia affuiſſe coram domino, non autem dominum vidiſſe perhibetur: venit quippe ſathã vt videretur à domino, non vt videret dominum: ipſe in conſpectu Domini, non autem in cõſpectu eius dominus fuit. Sicut cæcus in ſole cõſiſtit, ipſe quidem radiis ſolis perfunditur, ſed tamen lumẽ non videt, quo illuſtratur. Ita ergo etiam inter angelos in cõſpectu domini ſathã adfuit, quia vis diuina, quæ intuendo penetrat omnia in ordine ſubtilioris naturę, non ſe videntẽ immundum ſpiritum vidit.

INTERROGATIO CXXIII.

Iob 7. *Quomodo Iob dicat, Peccaui, quid faciam tibi ô cuſtos hominum? vel illud, Conſumere me vis*
Iob 13. *peccatis adoleſcentiæ meæ, cùm econtra idem videatur dixiſſe, Neque enim reprehendit me cor*
Iob 27. *meum in omni vita mea? Quo pacto à corde ſuo reprehendi ſe denegat, qui ſe peccaſſe ſuperius accuſat?*

RESPONSIO.

Sciendum eſt quia ſunt peccata, quæ à iuſtis vitari non poſſunt. Cuius enim cor in hac corruptibili carne ſubſtiſtens, in ſiniſtra cogitatione non labitur, vel ſi vſque ad conſenſus foueam non mergatur? Et tamen hæc ipſa parua cogitare, peccare eſt. Sed dum cogitationi reſiſtitur, à confuſione ſua animus liberatur: mens ergo iuſtorum etſi libera eſt à peruerſo opere, aliquando tamen corruit in peruerſa cogitatione: ea ergo labitur in peccato, quia ſaltem in cogitatione declinatur: & tamen vnde ſemetipſam poſtmodum flendo reprehendat, non habet, quia ante ſe reparat, quàm per conſenſum cadat. Rectè ergo is qui peccatorem ſe faſſus eſt, nequaquam ſe à ſuo corde reprehendi confitetur: quia & ſi qua illicita cogitando fortaſſe defuit vn-

quam rectitudini, forti tamen mentis cer tamine reſtitit cogitationi.

INTERROGATIO CXXIIII.

Quomodo Iob deſperationem præmittẽs dicat Deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam: cùm ſtatim ſubiũgat, Parce mihi, nihil ſunt dies mei. Iob 7. *Neque enim duo hæc verba ſibi conueniunt, deſ perauì & parce. Nam qui deſperat, nequaquam ſibi parci iã poſtulat: & qui adhuc parci ſibi deſiderat, profectò minimè deſperat.*

RESPONSIO.

Aliunde eſt quòd deſperat, aliunde verò quòd parci ſibi ſanctus vir poſtulat. Quia nimirum dum bona vitæ tranſeuntis per deſperationem deſerit, ad obtinenda quæ permanent, in ſpe robuſtior exurgit. Deſperando itaque melius ad ſpem veniæ ducitur, qui eo certiùs ventura appetit, quo præſentia veriùs & ex deſperatione derelinquit. Iuſto quippe deſperare, eſt præſentis vitæ bona æternitatis electione deſerere, manſura quærere, & in rebus temporalibus fiduciam non habere. Qui hęc agit, nequaquam ſe vltrà viuere aſſerit, quia videlicet viuificatrici morte quotidie à vita ſe paſsionis

occidit: Qui ergo tam ordinatè deſperat, rectè ſibi parci deſiderat.

INTERROGATIO CXXV.

Iob 9. *Quomodo vtrunque Iob dicit. Scio quòd non parcis delinquenti: & econtra, Tu greſſus meos dinumeraſti, & parcis peccatis meis? Si delinquē-*
Iob 14. *ti nō parcitur, quis ab æterna morte eripitur, cū à delicto mundus nemo reperitur?*

RESPONSIO.

Deliquenti dominus nequaquam parcit, quia delictum ſine vltione non deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenꝰ ſine vindicta laxatur. Ab electis enim ſuis Deus iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuū non vult videre. Parcit enim deus, & non parcit peccatis hominum. Non parcit enim, in eo quia delictum ſine vltione nō deſerit: parcit autem, cùm illatam vltionem ad expiationem delictorum inducit. Bene ergo dicitur, quod Deus delinquenti non parcat: quia delicta noſtra ſiue per nos, ſiue per ſemetipſum reſecat,

etiam cùm relaxat.

INTERROGATIO CXXVI.

Quomodo Iob qui iam ſuperius dixerat, Nihil in terra ſine cauſa fit: videtur poſt aliqua ecõtra ſubiungere, dicẽs: Multiplicauit vulnera mea etiam ſine cauſa? Iob 5. Iob 9.

RESPONSIO.

De hoc quod dicitur, Nihil in terra ſine cauſa fit, beatus Gregorius ita dicit: Idcirco enim ſæpe & deſidioſus ingenium accepit, vt de negligentia iuſtiùs puniatur: quia quod ſine labore aſſequi potuit ſcire contemnit: & idcirco ſtudioſus non nunquam tarditate intelligentię premitur, vt eò maiora præmia retributionis inueniat, quò magis in ſtudio inuentionis elaborat. Nihil ergo in terra eſt ſine cauſa quando ea ſtudioſo tarditas, & pręmium proficit, & deſidioſo velocitas ad ſupplicium creſcit. Ergo hîc intelligendum eſt, nihil in terra fieri ſine cauſa, id eſt, ſine cauſa diuinæ diſtributionis, vel permiſsionis. Illud autem quòd dicit, Multiplicauit vulnera mea, etiam ſine cauſa, hoc modo intelligitur: Beatus nãque Iob vocem humani generis in ſe ſuſcipiens, pro illis hoc dixit, qui reatu culpæ originalis aſtricti, ante moriuntur

quàm baptiſmi gratia expientur, & qui prius à præſenti luce ſubtrahũtur, quàm ad promerẽda bona malàve merita actiuæ vitæ perueniãt: quos quia à culpa originis, ſalutis ſacramenta non liberant, & hic ex proprio nihil egerunt, illuc ad tormenta perueniũt. Quibus vnum vulnus eſt, corruptibiles naſci: aliud, carnaliter mori. Sed quia poſt mortẽ quoque æterna mors ſequitur, occulto eis iuſtoque iudicio, quantum ad humanam intelligentiam attinet, etiam ſine cauſa vulnera multiplicantur. Qui itaque nullum proprium adiungens delictum, ex ſolo originis reatu pimitur, quid iſte, niſi ſine cauſa vulneratur? Poteſt & aliter vtrunque intelligi: Beatus etenim Iob nequaquam percuſſus eſt, vt in eo percuſsio vitiũ tergeret, ſed vt meritum augeret. Nihil ergo in terra ſine cauſa fit, quando percuſſio diuina hominem aut ad emũdationẽ ferit, aut ad probationẽ. Hic vero beatus Iob vulneratum ſe ſine cauſa aſſerit, quia non eſt ad hoc percuſſus, vt in eo percuſſio vitium tergeret: & hoc de ſe foris loquitur, quod de illo veritas in occulto te-
Iob. 2. ſtatur dicens: Commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem illum fruſtra.

INTERROGATIO CXXVII.

Quomodo Iob dicat, Ipſe nouit & decipientem & eum qui decipitur: cùm dominus in euangelio iniquis dicere videatur, Nunquam noui vos. Diſcedite à me qui operamini iniquitatem? Iob 12. Matt. 7.

RESPONSIO.

Scire dei, aliquãdo cognoſcere dicitur, aliquando approbare. & ſcit iniquũ, quia cognoſcendo iudicat: & neſcit, cùm non approbat: Neque iniquum quempiã iudicaſſet, ſi nequaquam cognoſceret. & tamen iniquum neſcit, quia eius facta non approbat. & nouit ergo, quia deprehendit: & non nouit, quia hunc in ſuæ ſapiẽtiæ ſpecie non recognoſcit, ſicut de veraci quolibet viro dicitur, quia falſitatem neſciat: non quia vel cùm ab aliis falſum dicitur, hoc reprehẽdere ignorat, ſed eandem ipſam fallaciam & ſcit in examine, & neſcit in amore: vt videlicet ipſe hanc non agat, cùm actam ab aliis damnat.

INTERROGATIO CXXVIII.

Cùm Iob dicat, Non veniat in conſpectu dei omnis hypocrita: quomodo quaſi econtra euãgeliſta videtur dicere, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, Iob 13. Matt. 25.

oues à dextris, & hœdos à ſiniſtris ſtatuens?

RESPONSIO.

Sciendum eſt, quia duobus modis in conſpectum domini venimus: Vno quidem, quòd hîc peccata noſtra ſubtiliter perpendentes, in eius nos conſpectu punimus, & flēdo diiudicamus. Nā quoties conditoris noſtri potentiam ad ſenſum reducimus, toties in conſpectu illius ſtamus. Vnde rectè quoque per virum dei
3.*Re*.18. Heliā dicitur: Viuit dominus deus Iſraël in cuius conſpectu ſto. Alio quoque modo in conſpectum domini venimus, cùm in extremo iudicio ante tribunal eius aſſiſtimus. Hypocrita igitur per examē vltimum ante conſpectum iudicis veniet. Sed quia modò culpas ſuas conſiderare & deflere diſsimulat, in conſpectum venire domini recuſat, qui dū placere humanis oculis concupiſcit, diſtrictionem dei ante ſuos oculos non ponit.

INTERROGATIO CXXIX.

Iob 14.
Quomodo Iob dicit, Homo cùm dormierit, nō
1.*Cor*.15. *reſurget: cùm Paulus dicat, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabitur?*

RESPONSIO.

Hæc quidem non erunt ſibi contraria ſi ſubiuncta ſtatim in Iob attendatur ſen tentia. Nam vbi dicit, Homo cùm dormierit, nõ reſurget: ſtatim ſubiungit, Donec atteratur cœlum, non euigilabit, nec conſurget, de ſõno ſuo. Liquet enim quia non reſurget, ſed donec atteratur cœlũ. Quia niſi mundi huius finis aduenerit, humanum genus à ſomno mortis ad vitã non euigilabit. Non ergo quia omnimodo non reſurgat, ſed quia ante attritionem cœli humanum genus minimè reſurgat, inſinuat.

INTERROGATIO CXXX.

Cùm Iob dicat pro angelis, Nunquid eſt numerus militum eius? quomodo Daniel præfixum numerum angelorum ſtatuens, dicit: Decies millies centena millia aſſiſtebant ei? *Iob 25.* *Danie. 7.*

RESPONSIO.

In cognitione humanæ rationis, ſupernorum ſpirituum numerus non eſt: quia quanta ſit frequentia inuiſibilis exercitus, neſcit. Supernorum nanque ciuium numerus & infinitus eſt, & definit⁹ exprimitur, vt qui deo eſt numerabilis, eſſe nobis innumerabilis demonſtretur.

INTERROGATIO CXXXI.

Iob 25. *Si pax in ſublimibus ſumma tenetur, dicente Iob, Poteſtas & terror apud eum eſt, qui facit*
Dani.10. *concordiam in ſublimibus ſuis: quid eſt quod per angelum Danieli dicitur, Ego veni propter ſermones tuos, princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi xxj. diebus, & ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium mihi:*
Ibidem. *& paulò pòſt, Nunc reuertar vt prælier aduerſus principem Perſarum, cùm enim egrederer, apparuit princeps Græcorum aduenien(s)?*

RESPONSIO.

Quos itaque alios principes gentium niſi angelos appellat, qui ſibi reſiſtere exeunti potuiſſent? quæ ergo eſſe pax in ſublimibus poteſt, ſi inter ipſos angelicos ſpiritus præliandi certamen agitur, qui ſemper conſpectui veritatis aſsiſtũt? Sed quia certa angelorum miniſteria, diſpenſandis ſingulis quibuſque gentibus ſunt prælata, cùm ſubiectorum mores aduerſum ſe viciſſim prępoſitorum ſpirituum
ope. opem merentur, ipſi qui pręſunt ſpiritus contra ſe venire referuntur. is nanque angelus qui Danieli loquebatur, captiuis Iſraëlitici populi in Perſida conſtitutis, prælatus

.prælatus agnoſcitur. Michael autem eorum, qui ex eadem plebe in iudææ terra remanſerant, præpoſitus inuenitur. Vnde ab hoc eodem angelo paulò pòſt Danieli dicitur: Nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michaël princeps veſter: de quo & hoc, quod præmiſimus, dicit, Et ecce Michael vnus de principib⁹ primis venit in adiutorium mihi: qui dū nequaquam ſimul eſſe, ſed venire in adiutorium dicitur, apertè ei populo prælatus agnoſcitur, qui captus in alia parte tenebatur. Quid eſt ergo angelum dicere, Ego veni propter ſermones tuos, prī ceps autem regni Perſarum reſtitit mihi, niſi ſua *ſubditis opere nunciare? ac ſi apertè dicat, Precum quidem tuarum merita exigunt vt Iſraëliticus populus iugo ſuæ captiuitatis exuatur: ſed eſt adhuc quod in eodem populo Perſarum dominio purgari debeat, vnde ereptioni illi⁹ Perſarum princeps mihi iure contradicat, quanuis preces tuas eorum quoque lachrymæ, qui in iudæa ſunt relicti, adiuuent. Vnde hoc quoque quod diximus, adiungit: Michaël princeps veſter venit in adiutorium mihi. Cúmque aduerſum Perſarum principem præliari egreditur,

Dan.10.

* *ſubditis opera.*

Græcorũſibi princeps aduenieẽs appa ret. Qua ex re innuitur, quòd aduerſũ gręcos quoque aliquid iudæa cõmiſerat, quorũ profecto cauſa ereptioni illi⁹ reſiſtebat. Prophetæ igitur preces angelus exaudit, ſed Perſarum princeps reſiſtit: quia & ſi iam vita iuſti deprecantis ereptionem populi exegit, eiuſdem tamen populi hãc vita contradicit, vt quia necdum pleni ij, qui in captiuitatem fuerant ducti, purgati ſunt, iure eis adhuc Perſæ dominentur. Michaël adiuuat, ſed Gręcorum princeps ad prælium venit: quia mereri quidem veniam tam longa oppreſſorum captiuitas poterat: ſed ereptionis eorum beneficio, hoc quoque quod in Græcos deliquerant, obuiabat. Rectè ergo dicitur, quod contra ſe angeli veniunt, quia ſubiectarumſibi gentium viciſſim merita contradicunt: nam ſublimes ſpiritus eiſdem gentibus principantes, nequaquã pro iniuſtè agentibus decertant, ſed eorũ facta iuſtè iudicantes examinant: cúmque vniuſcuiuſque gentis vel culpa, vel iuſtitia ad ſupernę curię conſilium ducitur, eiuſdẽ gentis præpoſitus obtinuiſſe, vel non obtinuiſſe perhibetur: quorum tamen omnium vna victoria eſt, ſui ſu-

per ſe opificis voluntas ſumma, quem dũ ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt.

INTERROGATIO CXXXII.

Cùm paſtum diaboli Beemoth ad Iob loquens ſignificet, dicens: Fœnum vt bos comedit: & de quo Eſaias, Leo quaſi bos comedet paleas: quomodo propheta de paſtu eius videtur econtrario dicere, Eſca eius electa? Cùm quo Beemoth iſte fœnum vel paleas comedens, vitam ſpiritalium conſumere dicitur, ſi fœni & palearum nomine vita carnalium deſignatur? Eſca quoque eius electa iam non erit, ſi fœnum comedens carnales ſapit? Iob 40. Eſaiæ 11 Abac. 1

RESPONSIO.

Nonnulli hominum & apud deum fœnum ſunt, & apud homines ſanctitatis nomine cenſentur: cùm & ante humanos oculos aliud oſtendit vita, & ante diuina iudicia aliud intendit conſcientia. Hi itaque apud humana iudicia electi ſunt, ſed ad ſubtile domini examen, fœnum.

INTERROGATIO CXXXIII.

Cùm Iob à domino reprehenſus, ipſe quoque ſe reprehenderit, dicens: Idcirco ipſe me Iob 42.

Iob 42. *reprehendo: quomodo item Dominus eum præferens amicis ſuis, locutus ſit, dicens: Non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob? Quomodo ſuperius beatus Iob reprehenditur, ſi in cõparatione eius rectitudinis, amici illius nequaquam coram domino locuti rectum memorantur? An adhuc illa de eo ſententia confirmatur,*
Iob 2. *qua antiquo hoſti dicitur, Vidiſti ſeruum meũ Iob, quòd non ſit ei ſimilis ſuper terram?*

RESPONSIO.

Quid eſt hoc, quod laudatur hoſti, & in ſeipſo reprehenditur, & tamen amicis loquẽtibus antefertur, niſi quia ſanctus vir cunctos meritorum ſuorum virtute trãſcendit: ſed eo ipſo quòd homo fuit, ante dei oculos eſſe ſine reprehenſione non potuit? In ſancto quippe homine in hac interim vita commorante, diuini examinis regula habet adhuc quod iudicet, quãuis iam ex comparatione cæterorum hominum habeat, quod laudet. Beatus igitur Iob pro culpa ſe credidit, & non pro gratia flagellari, reſecari in ſe æſtimauit vitia, non autem merita augeri: & in eo reprehenditur, quo intentionem flagelli fuiſſe aliam ſuſpicatur, & tamen amicis

reſiſtentibus interni iudicij definitione prælatus eſt. Vnde aptè colligitur, quãtæ iuſtitię fuerit, in eo quod contra amicorum verba innocentiam ſuæ operationis aſtruxit, qui diuino iudicio etiam ipſis eiuſdem diuini iudicij defenſoribus antefertur.

INTERROGATIO CXXXIIII.

Cùm beatus Iob de ſe fateatur, Vias meas in conſpectu dei redarguam: necnon & illud, Conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ: atque illud, Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea: quomodo quaſi econtra videtur ſubterius dixiſſe, Si fuero iudicatus, ſcio quia iuſtus inueniar? Neque enim ſimul conueniunt peccata & iuſtitia. Iob 13. Iob 14. Iob 13.

RESPONSIO.

Sanctus iſte vir ſibi iniquitatem tribuens, & omnipotentis domino purgationem ſuam, & peccatorem ſe cognoſcit ex ſe, & iuſtum ſe factum non ignorat ex munere: quia in recto quoque opere poſitus, ex abundantia gratiæ meruit flagella ſuſtinere, iámque in iudicium iuſtũ venire gaudet, qui ante iudicium percuſſum ſe videt. Vnde & cùm longè pòſt dicat, Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea,

ſtatim ſubdidit , ſed curaſti iniquitatem meam. Qui ergo iuſtum inueniri ſe in iudicio memorat, nequaquam ſe iuſtè flagellatum negat, quanuis in flagello eius dominus nō peccata ſtuduit tergere, ſed merita augere.

Pſal. 131. INTERROGATIO CXXXV.

Iob 2. *Cùm omnipotens deus iuxta plurimas ſcripturæ ſacræ ſententias, fruſtrà nihil faciat, cur beatum Iob fruſtrà ſe afflixiſſe teſtatur?*

RESPONSIO.

Iuſtus conditor noſter tot verberibus in beatum Iob, nō vitia curauit extinguere, ſed merita augere. AEquum ergo fuit quod fecit propter augmētum boni meriti: non tamen videbatur æquum, quòd credebatur cauſam punire peccati. Vnde & beatus Iob peccata ſua illis flagellis deleri credidit, non merita augeri: & idcirco non æquum iudicium vocat, quia vitia ſua cum flagellis examinat. Ergo ſi vita & flagella penſantur, non æquum fuit quod beatus Iob per iram diſtrictionis ſibi fieri credidit. Si verò miſericordia iudicis attēdatur, quòd per pœnam iuſti viri vitæ eius merita cumulantur, æquū vel potius miſericors iudicium fuit.

INTERROGATIO CXXXVI.

Cùm Iob clarificata carne reſurgere ſe ſperãs dicat, in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo deum, iuxta quòd & Apoſtolus dicit, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: quomodo quaſi econtrario idẽ ipſe Apoſtolus dicit, Caro & ſanguis regnum dei non poſsidebunt? Iob 19. 1. Cor. 15. Ibidem.

RESPONSIO.

Adæ peccata reſpiciens Apoſtòlus, quæ veniunt de corruptione carnis & ſanguinis ait, caro & ſanguis regnum dei nõ poſſidebunt. Nam vtique ſecundum fidem veram eiuſdem Apoſtoli, caro ita reſurget, iuxta illud: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, &c. Quia ergo corruptio iſta de peccato eſt, ipſius nomine & peccata appellantur. Ergo ſi nomine carnis & ſanguinis corruptio vel peccata intelligantur, quę de carne vtique & ſanguine oriuntur, contraria ſibi non erunt. Ergo & caro noſtra in qua viuimus, pro bene geſtis habitura Dei regnum: & caro, id eſt, corruptio, quia carnis & ſanguinis nomine nuncupata eſt, regnum non poſſidebit, diuinum.

Libri I. Antikimenôn, finis.

ANTIKEI-
MENΩN EX NOVO TE-
ſtamento liber ſecundus.

EX EVANGELIO SECVN dum Matthæum.

INTERROGATIO I.

Mat.6 Mat.5. Q*Vomodo Chriſtus dicit, Attendite ne iuſtitiã veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: & alibi dicit, Videant opera veſtra bona, & glorificent patrẽ veſtrum.*

RESPONSIO.

Quid ergo quòd opus noſtrum ita faciendum eſt, ne videatur, & tamen vt debeat videri, præcipitur: oſtendenda ſunt, vt laudem cœleſtis patris augeamus. Nã cùm nos iuſtitiam noſtram coram hominibus facere dominus prohiberet, illico adiunxit, vt videamini ab eis. Et cùm rurſum videnda ab hominibus bona opera

noſtra præceperit, protinus ſubdidit, vt glorificēt patrē veſtrum qui in cœlis eſt. Qualiter igitur videnda eſſent, vel quali ter nō videnda ex ſententiarū fine monſtrauit? quatenus operātis mens opus ſuū & ꝓpter ſe videri nō quæreret, & tamē hoc propter cœleſtis patris gloriam non cęlaret. Vnde fit plerūque, vt bonum opus & in occulto ſit, cùm ſit publicè : & rurſus in publico, cùm agitur occulté.

INTERROGATIO II.

Cùm dominus in euangelio docens nos orare, præcipiat vt dicamus, Ne inducas nos in tentatione: quō apoſtolus Iacobus videtur quaſi ecōtra prædicaſſe, dicens: Beatus vir qui ſuffert tentationē: necnō & illud quod alibi ſcribitur, Omnis vir qui non eſt tentatus, non eſt probatus. Mat. 6. Iacobi 1. Eccleſ. 34

RESPONSIO.

Vtilem eſſe tentationem, quæ probat, non quæ in tentationem inducit, quis fidelium neſciat? nam de his Caſſianus, ita dicit, ait enim: Non ergo hoc ſonat, Ne inducas nos in tentatio nem, id eſt, vt nō permittas nos aliquando tentari, ſed ne permittas nos in tentatione poſitos ſuperari. Tentatus eſt enim Iob, ſed non eſt inductus in tentationem. Tentatus eſt Abraham & Ioſeph, ſed neuter illo-

rum inductus eſt in tentationem, quia nullus eorum conſenſum præbuit tentatori. Denique ſequitur, Sed libera nos à malo, id eſt, ne permittas nos à diabolo tentari ſupra id quod poſſumus, ſed fac cum tentatione & exitum, vt ſuſtinere poſſimus.

INTERROGATIO III.

Quomodo dominus in euangelio dicat, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in Mat.7. *regnum cœlorum: & econtra Paulus, Nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu: et nemo* 1.Cor.12. *poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpirituſancto?*

RESPONSIO.

Ecce neque aliquos habentes ſpiritũſanctum poſſumus dicere, nõ intraturos in regnum cœlorum, ſi perſeuerauerint vſque in finem: neque illos qui dicunt domine domine, & tamen non intrant in regnum cœlorum, poſſumus dicere habere ſpiritumſanctum: quomodo ergo nemo dicit dominum ieſum, niſi in ſpirituſancto, niſi quia propriè Apoſtolus poſuit verbum, quod eſt, dicit, vt ſignificet voluntatem atque intellectum dicentis: dominus verò generaliter poſuit verbum, quod ait: Non omnis qui

dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Videtur enim dicere etiam ille qui nec vult, nec intelligit quod dicit. Sed ille propriè dicit, qui voluntatem ac mentem ſuam ſono vocis nũciat.

INTERROGATIO IIII.

Cùm dominus in euangelio dicat, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere: quomodo in pſalmo ex perſona Chriſti dicitur, Repleta eſt malis anima mea? Audemus ne dicere animam Chriſti repletam malis, cùm illa paßionis afflictio in carne valuerit, quicquid valuit? *Mat. 10.* *Pſal. 87.*

RESPONSIO.

Occidi à perſecutoribus anima non poteſt, malis autem repleri poteſt. Non enim vitiis, per quæ homini dominatur iniquitas, animam illam repletam poſſumus dicere, ſed fortè doloribus quibus anima ſuæ carni in eius paſſione compatitur. Non enim vel ipſe, qui dicitur corporis dolor: poteſt eſſe ſine anima. quem ineuitabiliter imminentem præcedit triſtitia, quæ ſolius animæ dolor eſt. Dolere ergo anima, etiam non dolente corpore, poteſt: dolere autem corpus ſi-

ne anima non poteſt. Cur itaque non dicamus non humanis peccatis,ſed tamen
Mat.26. humanis malis repletam fuiſſe animam Chriſti,de quo ali⁹ propheta dicit,quòd pro nobis doluerit:& Euangeliſta. Cœpit contriſtari & mœſtus eſſe:& ipſe dominus de ſeipſo. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem? Hæc futura præuidēs propheta pſalmi huiuſcemodi conſcriptor inducit eum loquentem. Quoniam repleta eſt,inquit,malis anima mea & vita mea inferno appropinquauit.Nam ipſam omnino ſententiam verbis aliis explicauit,quibus dictum eſt:Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Quod enī ait.Triſtis eſt anima mea: hoc dictū eſt, Repleta eſt malis anima mea: & quod ſequitur,vſque ad mortem: hoc dictum eſt,& vita mea inferno appropinquauit.

INTERROGATIO V,

Quomodo Chriſtus in euāgelio vtrūque dicat,
Mat.10. *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliā:& econtrario,Paſtor bonus animam ſuam dat pro ouibus,mercenarius autem, & qui*
Ioan.10. *non eſt paſtor,cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem,& dimittit oues,& fugit,& lupus rapit,& diſpergit oues?*

RESPONSIO.

Has duas dominicas veráſque ſententias, ita intelligere debemus, vt cõtrarias inter ſe nullo modo prædicem⁹. Etenim vt breuiter exponatur, ſine culpa quiſq; corporaliter fugit, qui ſe à perſecutorib⁹ non timore, ſed vtilitate neceſſaria ſubtrahit: id eſt, qui non ſpiritu fugit mortem, ſed ſe pro tempore vtilitati eorũ ſeruat, ſicut Paulus dicit, manere in carne neceſſarium propter vos. Hæc eſt fuga licita à Domino nobis permiſſa. Qui autem timore perſecutionis vel poteſtatis cuiuſlibet, terrore ſpiritus ſuperatus, aut veritatem refugit prædicare, aut loci eligit mutationem appetere: hîc quaſi mercenarius arguitur, & talis fuga omnino culpatur. His enim verbis has duas ſententias à beato Auguſtino explanatas reperimus, ait enim: Audiuimus in Epiſtola Paulum fugientem per murum, & in ſporta ſubmiſſum, vt manus perſequẽtis euaderet. Non ergo illi cura fuit de ouibus, quas lupo veniente deſerebat? Fuit planè, ſed eas paſtori in cœlo ſedenti orationibus commẽdabat, ſe autem ad vtilitatem eorum fugiendo ſeruabat, ſicut quodam loco ait, Manere in carne neceſſarium propter vos: ab ipſo nanque

Philip. 1.

2. Cor. 13.
Act. 9.

paſtore omnes audierãt, Si perſecuti fue
*Mat.*10. rint in vna ciuitate, fugite in aliam. Hãc quæſtionẽ nobis dominus dignetur exponere. Domine, tu dixiſti eis quos fideles paſtores eſſe vtique volebas, quos tua membra eſſe formabas: Si vos perſequuti fuerint, fugite. Iniuriã ergo illis facis, quando reprehendis mercenarios fugientes? Rogemus indices nobis quid
Ioan. 10. habeat altitudo quęſtionis. Pulſemus, aderit qui aperiat, ſed oſtiari' eſt oſtij, quod eſt ipſe. Quis eſt mercenarius, qui videt lupum, & fugit? qui ſua quærit, non quæ Ieſu Chriſti, peccantem non liberè audet arguere. Ecce neſcio quis peccauit, grauiter peccauit, increpandus eſt, excõmunicandus eſt. Sed excommunicatus, erit inimicus, inſidiabitur, nocebit cùm potuerit. Iã ille qui ſua quærit, non quę Ieſu Chriſti, ne perdat quod ſectatur humanæ amicitiæ commoditatem, & inimicitiarum humanarum incurrat moleſtiam, tacet, non corripit. Ecce lupus, cur guttur apprehendit diabolus, fideli adulterium perſuaſit. Tu taces, non increpas. O mercenarie, lupum venientem vidiſti, & fugiſti. Reſpondit fortè, & di-

cit: Ecce hîc ſum, non fugi. Fugiſti, quia tacuiſti, quia timuiſti. Fuga animi timor eſt, corpore ſtetiſti, ſpiritu fugiſti, quod ille non faciebat, quid dicebat: Etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum. Quomodo enim ſpiritu fugiebat, qui etiam corpore abſens, fornicatores literis arguebat? Affectiones noſtrę, motus animorum ſunt: lætitia, animi diffuſio, triſtitia, animi contractio, cupiditas, animi progreſsio, timor animi fuga eſt, diffunderis enim animo cùm delectaris, contraheris animo cùm moleſtaris, progrederis animo cũ appetis fugis animo cùm metuis. Ecce vnde mercenarius ille viſo lupo dicitur fugere. Quare? Quia non eſt illi cura de ouibus. Quare non eſt illi cura de ouibus? Quia mercenarius eſt. Quid eſt mercenarius? Temporalem mercedem quærit, in domo in ęternum non habitabit.

INTERROGATIO VI.

Quomodo Matthæus & Lucas commemo- *Mat.* 10.
rauerunt dixiſſe dominum diſcipulis ſuis, vt nec *Lucæ* 9.
virgam ferrent: cùm dicat Marcus, Et præcepit *Marc.* 6.
diſcipulis ſuis, ne quid tollerent in via, niſi virgã tantùm.

RESPONSIO.

Vtrunq; accipiendũ eſt à domino apoſtolis dictũ. Hæc ergo loquens dominus diſcipulis, id agebat, quod apoſtolus Paulus apertiùs explicat, ita dicens: Neſcitis, quòd qui in tẽplo operantur, quę de templo ſunt edũt: qui altari deſeruiunt, altari compartiũ tur? Sic & dominus ordinauit his qui Euangeliũ annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horũ vſus ſum. Cùm itaq; dicit, ita dominum ordinaſſe, ſe autem vſum nõ eſſe, vtique oſtendit vtendi poteſtatem datam, non impoſitam ſeruandi neceſsitatẽ. Hoc ergo ordinans dominus, quod cum ordinaſſe dicit Apoſtolus, qui euangeliũ annunciant, de euangelio viuere: illa apoſtolis loquebatur, vt ſecuri non poſsiderent, neque portarent huic vitę neceſſaria, nec magna, nec minima. Ideo poſuit nec virgã, oſtendens à fidelibus ſuis omnia deberi miniſtris ſuis, nulla ſuperflua requirentibus: ac per hoc addẽdo, Dignus eſt operarius cibo ſuo, prorſus aperuit & illuſtrauit, vnde & quare hęc omnia loqueretur. Hãc ergo poteſtatem virgæ nomine ſignificauit, cùm dixit: ne quid tollerent in via niſi virgam tantùm. Potuit

etiam

etiam ſic breuiter dici: Nihil neceſſariorum vobiſcũ feratis, nec virgã, niſi virgã tantùm, vt illud quod dictũ eſt, nec virgam, intelligatur, nec minimas quidẽ res: quod verò adiunctum eſt, niſi virgã tantùm, intelligatur, quia per poteſtatem à Domino acceptam, quæ virgæ nomine ſignificata eſt, etiam quę non portantur, non deerunt.

INTERROGATIO VII.

Cùm Chriſtus in Euangelio dicat, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona: quomodo ibi quaſi econtra videtur dicere, Nemo bonus niſi ſolus Deus? Mat. 12. Mat. 19.

RESPONSIO.

Nónne ſtimulauit nos ad quærendum & ad diſtinguendum quid ſi bonum, alio bono bonum, & bonum ſeipſo bonum? Ergo quàm bonum eſt, per quod ſunt omnia bona, vt omnino nullum inuenias bonum, quod non ab ipſo ſit bonum, bonum bona faciens. Ita enim deus dicitur bonus, vt in eius comparatione ea quę facta ſunt, bona penitus non ſint. Illo autẽ non cõparato, bona omnia dici poſſunt, quæ à bono authore ſunt facta: illi verò cõparata, bona penitus non dicẽda ſunt.

INTERROGATIO VIII.

Matt. 8. *Cùm diabolus ſciens Chriſtum filium Dei eſſe, euidenter in Euãgelio per turbam dæmoniorum locutus ſit, Quid nobis & tibi fili Dei, veniſti huc ante tempus torquere nos? quomodo econtra in illa tentatione, vbi áſſumptus Chriſtus à ſpiritu legitur, dubitando eum an Chriſtus eſſet explorauit, & dixit: Si tu es Chriſtus filius Dei, mitte te deorſum?*

Matt. 4.

RESPONSIO.

Innotuit Chriſtus dæmonibus, non per id quod eſt vita æterna & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cũ videndo per fidem quæ in illo eſt, corda mundantur: ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta & occultiſsimæ ſigna przſentiæ, quæ angelicis ſenſibus, etiam malignorũ ſpirituum potius quàm infirmitati hominum poſsint eſſe cõſpicua. Denique quando ea paululum ſupprimenda iudicauit, & aliquanto altius latuit, dubitauit de illo dæmonum princeps, eúmq; tentauit an Chriſtus eſſet, & explorans quantùm ſe tentari ipſe permiſit, vt hominem quem gerebat, ad noſtræ imitationis tem peraret exemplum. Poſt illam

verò tentationem cùm angeli, ſicut ſcriptum eſt, miniſtrabant ei, boni vbique & ſancti, ac pro hoc ſpiritibus immundis metuendi & tremendi, magis magíſque innoteſcebat dæmonibus quantus eſſet, vt iubenti quanuis in illo contemptibilis videretur *corporis infirmitas, reſiſtere nullus auderet. *Carnis.*

INTERROGATIO IX.

Quomodo Chriſtus in euangelio dicit, Angeli eorum in cælis ſemper vident faciē patris mei: cùm Paulus econtra videatur dicere, Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriū miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? ſi ſemper aſsiſtunt, quomodo exterius mitti dicuntur? *Mat. 18.* *Hebr. 1.*

RESPONSIO.

Si angeli conditoris aſpectum exeuntes amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus vera nunciare potuiſſent. Et mittuntur ergo, & aſſiſtūt: quia & ad nos ſpiritali pręſentia foras exeunt, & tamen ibi ſe vnde receſſerāt, per internam contemplationem ſeruant.

INTERROGATIO X.

Cùm dominus interroganti ſe iuueni, & dicenti, Magiſter bone, quid faciam vt habeam vitam æternam? reſponderit, Quid me dicis bonum? *Mat. 19.*

Nemo bonus niſi ſolus Deus, quaſi nolens ſe Matt.23. *aut bonum, aut magiſtrum debere intelligi: quomodo quaſi econtrario ad apoſtolos dicit, Vos vocatis me, Magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim: necnon & illud, Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter Chriſtus eſt?*

RESPONSIO.

Iuuenis enim inſolens per obſeruãtiam legis, & finem legis, qui eſt Chriſtus, neſciens, tanquam eum omnium prçceptorum, & in lege ſcriptorum magiſtrum, interrogat dominum, hominem tantùm illum, non deum exiſtimans: Chriſtus tamen hanc de ſe irreligioſam fidei profeſſionem exprobrans, quòd tanquam magiſter legis interrogáretur, reſpondit: Quid me vocas bonum? Atque vt ſignificaret qualiter intelligendus eſſet, ſubiecit: nemo bonus niſi vnus Deus. Nõ igitur bonitatis nomen refugit, neque magiſtri nomẽ recuſauit: ſed fidem eius, qui in ſe nihil niſi corporeum & carnale ſapuiſſet, coarguit. Vbi enim Chriſtus cum fide magiſter eſt, ibi adeò laudat, vt & ꝓfiteatur hoc nomen: hîc verò boni magiſtri nomẽ nõ recognoſcit, vbi nec dominus intellectus eſt eſſe, nec Chriſtus.

INTERROGATIO XI.

Cùm Chriſtus præcipiat diſcipulis, dicens: Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus enim eſt pater veſter, qui in cœlis eſt: quomodo Paulus apoſtolus contra hoc audet dicere, Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt? Matt. 23. I. Cor. 10.

RESPONSIO.

In his duabus ſententiis, niſi fallor, claret, quod aliquando propter naturã pater dicatur. Nam Chriſtus mũdum iſtum patrem hominum, de imitamento volẽs intelligi, dicit: Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, id eſt, mundum iſtum. Paulus autem natura nominans patrem, ait: Patres noſtri ſub nube fuerunt. Pater enim hominum hic mundus eſt, de quo carnaliter naſcuntur, quicunque carnaliter generantur: qui mundus ſi contemnatur, vt veraciter quis dicere poſsit, mũdus mihi crucifixus eſt, & ego mundo, *Philip. 2.* iam huic tali pater eſt mortuus, id eſt, iſte mundus, & fit veraciter pupillus, cui pater eſt dominus. Ergo quod dicit Chriſtus, Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, mundum iſtum inſinuare videtur patrem, à quo eos auertere cupiebat, vt Chriſtus ipſe vnus illis pater efficeretur. Quod autem Apoſtolus dicit: Patres no-

ſtri omnes ſub nube fuerunt, de carnali generatione iſtius mundi loquebatur. De qua & carnis originem mũdi trahebant, & homines nati de hominibus, inter homines conſiſtebant. Docet quippe dominus pupillos fieri diſcipulos ſuos, quibus dicit, Ne vobis dicatis patrem in *Mat.12.* terris. Cuius rei exemplum præbuit ipſe *Pſal.10.* dicendo: Quæ mihi matres, aut qui fratres? De his nanque pupillis dicitur, Pupillo tu eris adiutor. De hoc Hieronymus ita dicit: Quęritur, quare aduerſum hoc præceptum doctorem gentiũ ſe eſſe Apoſtolus dixerit: aut quomodo vulgato ſermone, maximè in Palæſtinæ & in Aegypti monaſteriis ſe inuicem patres vocent. Quod ſic ſoluitur, aliud eſſe natura patrem vel magiſtrum, aliud indulgentia: nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non autorem noſtræ oſtendimus vitę. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri magiſtri. Et ne infinita replicem, quomodo vnus pater natura Deus, & vnus filius non præiudicat cæteris, ne per adoptionem dij vocẽtur & filij: ita & vnus pater, & magiſter non præiudicat aliis, vt abuſiuè appellẽtur patres & magiſtri.

INTERROGATIO XII.

Cùm euangelium dicat. Triſtes fuiſſe diſcipulos in paſsione domini, mulieres quoque fleuiſſe, ita vt & de diſcipulis dicatur, Erant oculi eorum grauati præ triſtitia: & mulieribus ipſe Dominus reſponderit, Nolite flere ſuper me: quomodo quaſi econtrario in pſalmo ſexageſimo octauo, Chriſtus ipſe de tēpore paſsionis ſuæ dicit, Suſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit: & conſolantes, & non inueni? *Marc. 14* *Lucæ 23.* *Pſal. 68.*

RESPONSIO.

Diſcipuli enim vel mulieres, de paſsione corporea domini vel morte triſtabātur, dominus tamen alia triſtitia vrgebatur, qua dicit: Suſtinui, qui ſimul mecum contriſtaretur, & non inueni. Quia ipſe Dominus volebat ſaluare, & perſecutores cupiebat ſæuire. Ille vt eis parceretur, orabat: illi, vt phrenetici medico bono iniuriam faciebant: & ideo alia triſtitia erat diſcipulorum & mulierũ, quæ morituram carnem Domini, vel mortuā lugebant: ideo qui ſimul cum eo contriſtaretur, non fuit, quia comitem huius triſtitiæ non inuenit: cùm neque diſcipuli, neq; mulieres ea triſtitia, qua dominus doluit contriſtarentur, ſed prorſus car-

naliter de vita Chriſti mortali,quæ mutata fuerat morte, & reparanda reſurrectione.Non enim ait, Suſtinui,qui contriſtaretur,& non fuit:ſed,qui ſimul con triſtaretur,id eſt,ex ea re,qua ego contri ſtatus ſum , non inueni qui contriſtaretur.In qua tamen triſtitia quia perſequẽtium ſe Chriſtus cæcitatem dolebat, con ſolantes non inuenit,quia proficiẽtes nõ habuit: ipſi enim nos conſolantur,qui ꝓficiunt,& ipſi ſunt ſolatio omnibus prędi catoribus veritatis.

INTERROGATIO XIII.

Ioan.19 *Cùm domino in paßione, ſecundũ quod loqui tur Euangelium,acetum cum felle mixtum oblatũ fuiſſet ad bibendum, non eſca ad manducandum : quomodo in pſalmo ſexageſimooctauo ex perſona Chriſti commemoratur, quod & vtique*
Pſal.68. *in paßione domini teſtimonium ipſum aſſumitur vbi dicit: Dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto?*

RESPONSIO

Si eſcam domini vnitatem corporis ſui accipiamus,quam tunc ſignificare voluit , quando paſcha illud cum diſcipulis ſuis comedit , vbi aptiſsimè ſacramentum ſui corporis demonſtrauit : & in hanc eſcam,id eſt , in vnitatem corporis

Chriſti iniectum fel acceſſiſſe,non aliud
quàm contradictoreseuangelij tanquam
perſecutores Chriſti, ſub fellis nomine
accipiamus:contraria ſibi non erunt quę
ſuperius lecta ſunt: non ipſum nanque
quod dederũt,eſca erat, potus enim erat:
ſed in eſcam dederũt, quia dominus iam
eſcam acceperat,&in ipſam iniectum eſt
fel. Acceperat autem ipſe eſcam ſuauem,
quando paſcha manducauit cum diſcipu
lis ſuis: vbi ſacramentum corporis ſui de
monſtrauit. In hanc eſcam tam ſuauem,
tam dulcem vnitatis Chriſti,quam com-
mendat Apoſtolus,dicens: Quomodo v-
nus panis,vnum corpus multi ſumus. In
hanc eſcam ſuauem, quis eſt qui det fel,
niſi contradictores Euangelij tanquam
illi perſequutores Chriſti? Minus enim
peccauerunt Iudęi,crucifigentes in terra
ambulantem, quàm qui contemnunt in
cœlo ſedentem. Quod ergo fecerunt Iu-
dæi in eſcam,quam iam acceperat, dan-
tes bibẽdum amarum illum potum: hoc
faciunt qui malè viuendo ſcandalum in-
ferunt eccleſiæ: hoc faciunt hæretici a-
maricantes ſed nõ exaltantur in ſeipſis:
dant fel ſuper tam iucundum cibum,ſed
quid facit dominus?

Non admittit ad corpus ſuum. Hoc ſacra mento ipſe dominus, quando illi obtulerunt fel, guſtauit, & noluit bibere.

Mat. 28. INTERROGATIO XIIII.

Quomodo Chriſtus in euangelio dicit, Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſe-
Mat. 26. *culi, cùm alibi idem dicat. Pauperes vobiſcum habetis, me autem non ſemper habebitis?*

RESPONSIO.

Quod dicit, Ecce ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationem ſeculi, de maieſtatis ſuæ*præſentia dicit, qua eccleſiam ſuam vſque in finem nullo modo ſe relicturum promiſit. Quod verò ait, Me autem non ſemper habebitis, de præſentia corporis ſui dixit. Rectè ergo accipitur dictum eſſe, vnum propter præſentiã carnis, aliud propter pręſentiam maieſtatis.

INTERROGATIO XV.

Cùm Chriſtus in euangelio diſcipulos præmo-
Mat. 28. *nens doceat, Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti: quomodo in*
Actu. 2. *Actibus apoſtolorum Petrus Iudæos alloquẽs, dicit: Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti? Nam & hi, qui à Philippo & Paulo baptizati inibi leguntur, non dicitur quia in nomine patris, & fi-*

lij,& ſpiritus ſancti,ſed in nomine Ieſu tãtùm baptizati ſunt.

RESPONSIO.

Nunquid præuaricatores mandati ſaluatoris,apoſtoli effecti ſunt,& contradictione ſaluatoris, baptizauerunt tantam multitudinem? Non enim ſcriptum eſt, quia baptizauerunt in nomine patris, & filij,& ſpiritusſancti,ſed tantùm in nomine domini Ieſu. Sed non ſunt præuaricatores,Abſit:nam licet filij nomen tãtùm modo dicatur,habet tamẽ patrem & ſpiritum ſanctum ſecum pronunciatum,ſicut in ſcripturis ſanctis ſatis probatũ eſt.

INTERROGATIO XVI.

Cùm dominus dixerit diſcipulis,Ite,baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,cur Paulus ſolius Chriſti in baptiſmo nomen adſumpſerit dicens:Quicunque baptizati ſumus in Chriſto,cùm vtique non habeatur legitimũ baptiſmum,niſi ſub nomine Trinitatis? Mat.28. Roma.6.

RESPONSIO.

Intuere prudentiam Pauli , quomodo quidẽ in præſenti loco nõ tã baptiſmatis

rationem, quam mortis Chriſti diſcutere cupiebat: ad cuius ſimilitudinem etiã nos ſuaderet mori debere peccato, conſepeliri Chriſto: & non erat vtique conueniens, vt vbi de morte dicebat, vel patrem nominaret, vel ſpirituſanctũ: verbũ enim caro factum eſt: & meritò, vbi caro eſt, ibi de morte tractatur: nec conueniebat vt diceret, Quicũque baptizati ſumus in nomine patris, vel ſpirituſſancti, in morte ipſius baptizati ſumus.

Ioan. 1.

INTERROGATIO XVII.

Matt. 11.

Cùm iuxta euangelium Matthæi dicatur, Venit Iohannes nõ manducans neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet: venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & vinarius, amicus publicanorum & peccatorum: quomodo econtra de Ioanne dicitur, Eſca autem eius erat locuſta & mel ſylueſtre?

Matt. 3. *Marc.* 1.

RESPONSIO.

Iohannis quidem eſcam & potum nouimus. Non enim dictum eſt quod omnino non biberet, ſed quòd vinum & ſiceram nõ biberet. Bibebat ergo aquam, cibus autem eius non omnis, nonnullus erat, ſed locuſta & mel ſylueſtre. Vnde ergo dictum eſt, non manducans, neque bi

bens, niſi quia illo victu, quo Iudæi vtebantur, non vtebatur? Hoc ergo dominus niſi vteretur, non in eius comparatione, manducans bibensque diceretur. Nō ergo dominus Euangeliſtę dicenti, quòd locuſtas & mel ſylueſtre comediſſet, contraria dixit, cùm non de his, ſed de victu quo Iudæi vtebantur, nec comediſſe, nec bibiſſe illum narrauit.

INTERROGATIO XVIII.

Cùm Marcus in Euangelio ſuo de Christo dicat, Sedet à dextris dei: quomodo econtrario Stephanus in Actibus apoſtolorū dicit, Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris dei? *Mar.18.* *Act.7.*

RESPONSIO.

Quid eſt, quod Marcus hunc ſedētem, Stephanus verò ſtantem ſe vidiſſe teſtatur? Sed ſcimus quia ſedere iudicantis eſt, ſtare verò pugnantis eſt vel iuuantis. Quia igitur redemptor noſter aſſumptus in cœlum, & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium venit: hunc poſt aſſumptionem Marcus ſedere deſcribit, quia poſt aſcenſionis ſuę gloriam iudex in fine videbitur. Stephanus verò in laboris certamine poſitus, ſtantem vidit quem adiutorem habuit. Quia vt iſte

in terra perſequutorũ infidelitatem vinceret, pro illo de cœlo illius gratia pugnauit.

INTERROGATIO XIX.

Lucæ 1. *Cùm angelus in euãgelio de Chriſto exponat, Dabit illi deus ſedẽ Dauid patris ſui, & Chriſtus ipſe in multis ſcripturarum locis, filius eſſe dicatur]Dauid: quomodo quaſi econtrario Chriſtus ipſe quærit à Iudæis in Euangelio, dicens: Si filius Dauid Chriſtus eſt, quomodo in ſpiritu vocat eum dominum?* *Luc. 18.*

RESPONSIO.

Dictum eſt hoc imperitis, qui quanuis venturum Chriſtum ſperarent, ſecundũ hominem tamen eum expectarent, non ſecundum quod virtus & dei ſapiẽtia eſt. Docet ergo ibi fidem veriſsimam & ſynceriſsimam, vt & dominus ſit regis Dauid, ſecundum quod eſt verbum, in principio Deus apud Deum, per quod facta ſunt omnia: & filius, ſecundum quod factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Non enim dicit, Non eſt filius Dauid Chriſtus: ſed ſi iam tenetis, quòd filius eius ſit, diſcite quomodo dominus eius ſit, ne teneatis in Chriſto, quòd filius hominis eſt, ita enim filius Dauid eſt: &

1. Cor. 1. *Ioan. 1.* *Roma. 1.*

relinquatis, quòd filius dei eſt, ita enim dominus eius eſt.

INTERROGATIO XX.

Cùm dominus inter cætera dicat, Si quis non odit vxorem ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus: quomodo Paulus econtra videtur dicere: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam? Nunquid aliud iudex nunciat, aliud præco clamat? An ſimul & odiſſe poſſumus, & diligere? *Lucæ 14.* *Epheſ. 5.*

RESPONSIO.

Si vim præcepti perpendimus, vtrunque agere per diſcretionem poſſumus, vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti ſunt, & quos proximos nouimus, diligamus: & quos aduerſarios in via dei patimur, audiendo & fugiendo neſciamus. Quaſi enim per odium diligitur, qui carnaliter ſapiens, dum praua nobis ingerit non auditur. Vt autem dominus demonſtraret hoc erga proximos odium non de inaffectione procedere, ſed de charitate, addidit protinus, dicens: Adhuc autem & animam ſuam odiſſe. Itaque præcipimur proximos odiſſe & animam noſtrã. Conſtat ergo quia amando debet odiſſe proximum, qui ſic eum odit, ſicut ſe- *Lucæ 14*

metipſum, Etenim bene noſtram animã odimus, cùm eius carnalibus deſideriis non acquieſcimus, cùm eius appetitum frãgimus, eius voluptatibus reluctamur. Quæ ergo cõtempta ad melius ducitur, quaſi per odium amatur. Sic nimirũ exhiberi proximis noſtris odij diſcretionem debemus, vt in his & diligam⁹ quod ſunt, & habeamus odio, quod in dei nobis itinere obſiſtunt.

Ioan.1. INTERROGATIO XXI.

Matt.11. *Quomodo in Euangelio interrogantibus ſe Ioannes dixerit, Nõ ſum Helias: cùm dominus dicat, Ipſe eſt Helias?*

RESPONSIO

Ioannes propriè reſpondit, dominus figuratè dixit. Ioannes enim ſecundum proprietatem perſonæ non ſe eſſe Heliã reſpondit. Dominus autem ſecundum præfigurationem ipſum Heliam prædixit, id eſt, quia in eodem ſpiritu & virtute Heliæ, Ioannes Chriſti aduentum venerat nũciare, quo Helias ſecũdum Chriſti aduentum nunciaturus adueniet.

Ioan.3. INTERROGATIO XXII.

Cùm Ioannes baptiſta venientem ad baptiſma dominum oſtenderet, dicens: Ecce agnus

dei,&c. qui & humilitatem ſuam,& diuinitatis eius potentiam conſiderans,dicit: Qui eſt de terra,de terra loquitur:qui autem de cælo venit, ſuper omnes eſt:cur in carcere poſitus,mittens diſcipulos,requirit,dicens: Tu es qui venturus eſt, an alium expectamus? Tanquam ſi ignoraret quem oſtenderat,& an ipſe ſit neſciat, quem ipſum eſſe prophetando,baptizando,oſtendendo, clamauerat. *Ioan.3.* *Matt.11.*

RESPONSIO.

Hæc citius quæſtio ſoluitur,ſi geſtę rei tempus & ordo penſatur. Ad Iordanis enim fluenta poſitus,quia ipſe redẽptor mundi eſſet aſſeruit. Miſſus verò in carcerem,vtrum alium expectẽt,an ipſe veniat,requirit:non quia ipſum mundi redemptorem dubitat, ſed requirit,vt ſciat ſi is, qui per ſe in mundum venerat, per ſe etiam ad inferna clauſtra deſcendat. Quem enim præcurrens naſcendo,mundo nunciauerat, hunc moriendo ad inferos præcurrebat. Ait ergo: Tu es qui venturus es,an alium expectamus? ac ſi apertè dicat: Sicut pro hominibus naſci dignatus es,an etiam pro hominibus mori digneris inſinua, vt qui natiuitatis tuæ præcurſor extiti, mortis etiam præ-

curſor fiam: & venturum in inferno nũciem, quem iam veniſſe mundo enunciaui.

INTERROGATIO XXIII.

Ioan. 3. *Cùm veritas in euangelio dicat, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius* *Ioan. 12.* *hominis qui eſt in cœlo, quomodo hæc eadem veritas econtra videtur dicere, cùm ait: Pater, volo vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum?*

RESPONSIO.

Hæc ſibi in verbis ſuis non diſcrepãt, ſed ad requirendã hæc quaſi diſcordãtia, ſtudium noſtræ mentis inflãmatur. Omnes enim qui ad eius fidem nati ſumus, eius proculdubio corpus exiſtim⁹. Quia igitur mira diſpenſatione pietatis, membrorum ſuorum caput Dominus factus *Ioan. 3.* eſt, repulſa reproborũ multitudine: ſolus eſt etiam nobiſcum. Nemo ergo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo: quia dum nos vnum cum illo iam facti ſum⁹, vnde ſolus venit, illuc ſolus redit, etiam in nobis: & is qui in cœlo ſemper eſt, ad cœlum quotidie aſcendit: quia qui diui- *Compares* nitate ſuper omnia permanet, humanitatis ſuæ compage ſeſe quotidie ad cœlos trahit.

INTERROGATIO XXIIII.

Quomodo Chriſtus dicat, Caro non prodeſt quicquam: cùm econtrario dicat, niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam? *Ioan. 6.* *Ibidem.*

RESPONSIO.

Caro quippe ſine viuificante ſpiritu, ita non prodeſt quicquam, ſicut ſcientia ſine charitate inflat potius quã ædificat. De hac fortaſſe Apoſtolus loquitur: Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Iam verò quòd ait, Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam: ſacramentum manducationis carnis ſuę, & potationis ſanguinis ſui mauult intelligi, per quod & nos in illo maneamus, & ipſe in nobis.

INTERROGATIO XXV.

Quomodo Chriſtus in euãgelio dicat, pro patre, Ego non quæro gloriam meam, Eſt qui quærat & iudicet: & contrà, Pater non iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio? *Ioan. 8.* *Ioan. 5.*

RESPONSIO.

Iudicium in ſanctis ſcripturis duobus modis accipi ſolet: Vnũ, pro dãnatione:

Ioan.5 alio,pro diſcretione. Pro dãnatione iudicium ponitur,ſicut in euangelio dicitur, Procedent qui malè fecerunt,in reſurre

Pſal.42 ctionem iudicij.Item iudicium pro diſcretione in pſalmis ponitur,vbi dicit.Iudica me deus,& diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.Vnde hîc quod ſaluator dicit,Ego non quęro gloriam meam,eſt qui quærat &iudicet,iudicium in hoc loco pro diſcretione poſuit: qua diſcretione iudicij, pater gloriã filij ſui ab humana inflatione diſcreuit. & ſecundũ hoc iudicium dictum eſt quod iudicet pater.Nam illud quod dicit,iudicium omne datum eſt filio, de futuro examinationis iudicio debet intelligi:ac per hoc, quum & hic pater per iudiciũ diſcretionis,gloriam filij ſui à gloria hominum ſecernat,& pòſt filius iudicium viuorum & mortuorum potentialiter exerat , in nullo hæc quæ dicta ſunt , videntur ſibi eſſe contraria.

INTERROGATIO XXVI.

Cùm Chriſtus in euangelio ſecundum Io-

Ioan.8. *annẽ dicat iudæis,Scio quia filij Abrahæ eſtis: quomodo quaſi econtrario videtur eiſdem iudæ-*

Ibidem. *is in eodem euangelio ſtatim ſubiicere,dicens:vos ex patre diabolo eſtis?*

RESPONSIO.

Quod enim Iudæos filios Abrahæ dicit,de generatiõe carnali teſtatur,de qua illi vtique deſcendebant. Quod autẽ patrem eorum diabolum eſſe aſſerit,de opere quod illi imitabantur,innotuit.

INTERROGATIO XXVII.

Quomodo in euangelio Chriſtus pro ſe dixit, Ego in iudicium in hunc mundum veni: & econtra,Non veni vt iudicem mundum? Ioan. 9. Ioan. 12.

RESPONSIO.

Hoc eſt,quod dicit,Ego veni,vt qui nõ vident,videant, & videntes, cæci fiant: diſcretionem ſcilicet iſtã,per quam hoc fit,vocat iudiciũ,quo diſcernit cauſam humilium credentium & confitentium, à ſuperbis ſe videre putãtibus,&ideo grauius excæcatis. Qui enim videre ſe putabant,de iuſtitia ſua confidentes,& ſuperbi & cæci erant,quia medicum non credebant. Humiles verò credentes,quia ſe non videre confeſſi ſunt,medicum quæſierunt,vt videre mereantur. Iamverò illo quod ait, Non veni vt iudicem mundum,pro futuro iudicio poſuit. Ac ſi diceret:Miſericordiam impartire veni,nõ iudicio mundum diſcutere,ſicut in futuro agendum eſt.

INTERROGATIO XXVIII.

Cùm dominus in paſſione ſua pro perſequen tibus ſe, id eſt, pro peccatoribus orauerit, & ante
Ioan. 9. *paſſionem iudæis ipſe dixerit, Nunc verò peccatum veſtrum manet: quomodo Paulus apoſto-*
1. Tim. 1. *lus, qui tanto pòſt tempore ad fidem Chriſti acceſſit: dicere videtur, Chriſtus Ieſus venit in hũc mundum, vt peccatores ſaluos faceret, quorum primus ego ſum? Si peccatores alij eum præceſſerunt, quomodo iſte primum ſe fuiſſe peccatorẽ eloquitur? Nunquid ante illum non erant peccatores?*

RESPONSIO.

Quid eſt ergo, Quorum primus ego ſum? niſi antecedens omnes, non tempore, ſed malignitate.

INTERROGATIO XXIX.

Ioan. 10. *Quomodo dominus dicit, Alias oues habeo,*
Mat. 15. *quæ non ſunt ex hoc ouili, cùm dicat: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſraël?*

RESPONSIO.

Quid eſt, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël? Niſi quia præſentiam ſuam corporalem non exhibuit niſi populo Iſraël: illud tamẽ quod dicit, Et alias oues habeo, pro gentibus

hoc intelligi voluit, ad quas gentes non perrexit ipſe,ſed miſit:ad populum verò Iſraël,& miſit & per ſe venit.

INTERROGATIO XXX.

Quomodo vtrũque Chriſtus dicat, Ego & pater vnũ ſumus: & quaſi ecõtra, Pater maior me eſt? Ioan.10. Ioan.14.

RESPONSIO.

Cùm vnum ex his ſecundum diuinitatis naturam,aliud ſecundum humanitatis ſubſtantiam dixit,nequaquam contrarium prædicauit.Quòd enim dicit,Ego & pater vnum ſumus , de ſubſtantia diuinitatis egit , qua Deus de deo,filius de patre , perfectus de perfecto, ſine initio vel fine natus eſt . Quòd verò dixit, Pater maior me eſt,de natura humãitatis egit,ꝑ quã filius minor à patre accipitur.

INTERROGATIO XXXI.

Cùm Ioannes euangeliſta verba illa,quibus Eſaias ſcribit,Vade,dic:aure Audietis,& nõ intelligetis,hũc ipſum qui ad Eſaiã loquebatur, in perſona filij dei ponat:quomodo Paulus quaſi econtrario ſpiritumſanctum,eum qui ad Eſaiam loquitur, eſſe teſtatus eſt? Nam vbi Ioanne filium Dei vult intelligi , quem Eſaiæ ita dixiſſe ſcribit, Propterea non poterant credere, quia dixit Eſaias, Excæcauit oculos eorum,& Act.28

induraũit eorum cor, vt non videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. Vbi etiam ipſam perſonam filij demonſtrans, ſubiunxit, dicens: Hæc dixit Eſaias quando vidit gloriam eius & locutus eſt de eo. Paulus autem in Actibus apoſtolorum, hoc teſtimoniũ locutum fuiſſe ſpiritumſanctum commemorat, vbi ait: Bene ſpirituſſanctus locutus eſt per Eſaiam prophetam ad patres veſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic, Aure audietis, & non intelligetis, &c.

& non.

RESPONSIO.

Hanc quæſtionem ita ſanctus Auguſtinus ſoluit: dicit enim cõtra hæreticos: Quem igitur hunc eſſe volunt, aſſerant. Dicent enim fortè filium. In euángelio enim ſecundum Ioannem ſcriptum eſt, & propterea non poterant credere in Ieſum, quia dixit Eſaias propheta: Excæcauit eorũ oculos, & obdurauit eorum cor, ne fortè videant oculis, & intelligãt corde, & conuertentur, &c. Hæc dixit Eſaias, cùm vidiſſet gloriam eius, & locutus eſt de eo. Et quid faciunt de Paulo, qui ſpiritumſanctum dicit in illa gloria viſum eſſe Eſaiæ, & locutum eſſe ei, & miſiſſe eũ ad populũ ſuprà, dicta dicere? Scriptum eſt enim in Actibus apoſtolorum,

Conuenientes autem alter ad alterutrũ iudæi, dimittebantur, dicente Paulo verbum vnum: Quia bene ſpiritusſanctus locutus eſt ad patres noſtros per prophetam Eſaiam, dicens: Vade ad populum iſtũ. & dic ei: Aure audietis, & non intelligetis, &c. vſque, illos, Ecce Iohannes quidem filium, Paulus verò ſpiritum ſanctum dicit eſſe, qui ſit viſus, Eſaiæ ſedens ſuper thronum altum & eleuatum, qui & adoratur, & laudatur, & glorificatur à Seraphin. Eccleſiæ autem Chriſti omnes ab oriente vſque ad occidentem, conueniẽter patrem à Seraphin laudari profitentur in myſteriorũ relatione. Dicant itaque nobis, qui venerationem ſpiritusancto abnegant, quidnam ex his cũ dicit, aut quis fallit, vtrum Ioannes, an Paulus, an verò omnes eccleſiæ patrem profitẽtur eſſe, qui adoratur à Seraphin Iohannes filium, Paulus verò ſpiritum-ſanctum. Si verò nemo eorum fallit, ſed omnes veritatem dicunt: manifeſtè probatum eſt, quòd etſi ſolius patris nomẽ dicatur, habent tamen patrem & filium, ſi venerentur, qui ſic adorant, venerationem cœleſtium animantium imitati, & non ſuas cogitationes ſequantur.

INTERROGATIO. XXXII.

Quomodo Chriſtus in euangelio vtraque di-
Ioan. 14. *cit, quæ ſibi videntur eſſe contraria? Dicit enim,*
Mat. 10. *Pacem meam do vobis: & econtra, Non veni*
pacem mittere in terram, ſed gladium.

RESPONSIO.

Alia eſt pax Chriſti, quam diſcipulis dedit, alia mundi. iſtam pacem quam habet mundus, negat ſe dare Chriſtus. Dicit enim, pacem meam do vobis, pacem meã relinquo vobis: non ſicut hic mũdus dat pacem, & ego do vobis. Negat ergo ſe pacem mundi dare diſcipulis ſuis, quia & alibi dicit: Non veni pacem mittere, ſed gladium. Vis ergo videre quam pacem dat Deus ſuper terram noſtram: Si terra illa bona, quæ adfert fructum centeſimum aut ſexageſimum, &c. illam pacem ſuſcipiet à deo, quam dicit Apoſtol.
Philip. 4 Pax autem dei, quæ exuperat omnẽ mẽtem, cuſtodiat corda veſtra & ſenſus veſtros, hæc eſt ergo pax quam dat deus ſuper terram noſtram.

INTERROGATIO XXXIII.

Quomodo in euangelio dicit, Omnia quæ-
Ioan. 15. *cunque audiui à patre meo, nota vobis feci: cùm*
ipſe item ibi poſt paululum dicat, Adhuc mul

a habeo dicere vobis, ſed non poteſtis ea portare modò. *Ioan. 16.*

RESPONSIO. 166

Quòd dicit, Omnia quæ audiui à patre meo, nota vobis feci: non quia ea nota iam feciſſet, ſed ea quæ ad futurũ nota facere debuit, dixit: Ac proinde contrarium nõ eſt loco iſti, vbi dicit, Adhuc multa habeo vobis dicere: quia vtique multa nos vtiliter neſcire in præſenti dominus voluit, quæ tamen ſalubriter nobis in futurum ſcienda ſeruauit.

INTERROGATIO XXXIIII.

Cùm dominus in Euangelio dicat, Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: quomodo Paulus ter ſe rogaſſe dominum dicit, vt ſpiritus Sathanæ ab eo deberetur auferri, quod tamen impetrare non potuit? *Ibidem.* *2.Cor.12.*

RESPONSIO.

Si omne quod petimus in nomine filij, dat nobis pater: quid eſt quòd Paulus ter dominum rogauit, & exaudiri nõ meruit? Sed dictum eſt illi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus, &c. Nunquid ille tam egregius doctor, in filij nomine non petiit? quare autẽ non accepit quod petiit? Quomodo ergo verum eſt, quia quicquid petierimus in nomine filij dat nobis, ſi auferri à ſe angelũ ſatanæ petiit

apoſtolus Paulus in nomine filij,&tamē quod petiit non accepit, niſi quia nomē filij Ieſus eſt,Ieſus autem ſaluator,vel etiā ſalutaris dicitur? Ille ergo in nomine ſaluatoris petit, qui id quod ad ſalutem pertinet,petit. Nam ſi id quod non expedit petitur,nō in nomine Ieſu petitur pater,Vnde & eiſdem apoſtolis adhuc infirmantibus dominus dicit:Vſque modò non petiſtis quicquam in nomine meo. Ac ſi apertè diceretur,non petiſtis in nomine ſaluatoris,quia neſcitis petere æternam ſalutem. Hinc eſt quòd & Paulus non exauditur ,quia ſi liberaretur à tentatione,ei non proderat ad ſalutem.

INTERROGATIO XXXV.

Cùm in euangelio Ioannis agnoſcatur,Chri-
Ioan.18. *ſtum dixiſſe, Ego palā locutus ſum mundo, quo modo quaſi econtra in eodem euangelio videtur promiſiſſe,ad diſcipulos ſuos, dicens : Hæc in*
Ioan.16. *prouerbiis locutus ſum vobis, venit hora cùm iam non in prouerbiis loquar vobis , ſed palàm de patre meo annunciabo vobis? Si ergo ipſis coniunctioribus diſcipulis non loquebatur palàm ,ſed horam promittebat quando palàm fuerat locuturus:quomodo palàm locutus eſt mundo? Deinde illis ipſis, ſicut aliorum quoque Euangeliſtarum teſtatur autoritas,in eorū compa-*

ratione, qui diſcipuli eius non erant multùm, vtique manifeſtius loquebatur, quando cũ ſolis erat remotus à turbis: tunc enim eis & parabolas aperiebat, quas clauſas proferebat ad alios. Quid eſt ergo in occulto locutus ſum nihil?

RESPONSIO.

Sed intelligendum ita eum dixiſſe, Palã locutus ſum mundo: ac ſi dixiſſet, Multi me audierũt, ipſum autem palàm, modo quodam erat palàm. Palàm quod fecerat, quia multi audiebant: & rurſum non erat palàm, quia non intelligebant. Et quòd ſeorſum diſcipulis loquebatur, non in occulto vtique loquebatur. Quis nanq; in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, cũ ſcriptũ ſit, In ore duorũ aut triũ teſtium ſtabit omne verbũ: pręſertim ſi hoc loquitur paucis, quod per eos velit innoteſcere multis, ſicut ipſe domin⁹ ait illis, quos adhuc paucos habebat: Quod dico vobis in tenebris, &c. vſque, ſup tecta? Ergo & hoc ipſum quod dici ab eo videbatur occultè, quodãmodo nõ dicebatur in occulto: quia nõ ita dicebatur, vt ab eis, quibus dictum fuerat, taceretur, ſed ita potius, vt vſquequaque prędicaretur. *2.Cor.16* *Deute.9.*

ANTIKEI-MENΩN LIBER TERTIVS.

EX EPISTOLIS PAVLI

INTERROGATIO I.

Roma. 1. *QVOMODO Paulus Apoſtolus vtrunque dicit de Chriſto, quæ ſibi videntur eſſe contraria, id eſt, qui natus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, vel cætera*

1. Cor. 5. *talia: & econtra, Et ſi noueramus Chriſtum ſecundum carnem, ſed iam nunc non nouimus?*

RESPONSIO.

Quòd filius Dei ex ſemine Dauid homo natus eſt, nec idem Apoſtolus vno loco dicit: & ſanctæ Scripturæ apertiſsimè prædicant. Quod verò dicit, Et ſi noueramus Chriſtum ſecundum carnem, ſed iam nunc nõ nouimus, ea ipſa circũſtantia ſcripturæ loci eius ſatis oſtendit, quid loquatur Apoſtolus: Suo quippe more vitam noſtram futuram, quæ iam in ipſo

homine mediatore Chriſto Ieſu capite noſtro reſurgente completa eſt, ita ſpe certa meditatur, tanquam iam adſit, pręſensque teneatur: quæ vtique vita non erit ſecundum carnẽ, ſicut iam Chriſti vita non eſt ſecundum carnem. Carnem quippe hoc loco appellat, id eſt, carnalẽ corruptionis qualitatem, quæ tunc iam non erit, quia mutata caro non corrumpetur. Noueramus ergo Chriſtum ſecundum carnem, id eſt, ſecundum qualitatẽ carnis mortalitatis antequam reſurgeret: ſed nunc iam non nouimus, quia ſicut dicit idem Apoſtolus, Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur, &c. Ergo vtrunque in nullo ſibi repugnare videtur, quod Apoſtolus dixit: quia & antequam reſurgeret Chriſtus, carnem eum nouerat habuiſſe mortalem: & poſtquã reſurrexit, nulla eum attingi credidit mortis corruptione. *Roma. 6.*

INTERROGATIO II.

Cùm Paulus Romanis ſcribat, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe definiens, atque ſub occaſione omne genus hominum ſub peccato eſſe deſignet: Quomodo ipſe quaſi econtrario loquitur, dicens: Vbi non eſt lex nec præuaricatio? Aut quomodo de ſe dicit, Viuebam *Roma. 3.* *Roma. 4.*

aliquando ſine lege, qui rurſum de ſemetipſo dicit,
Roma. 7. Philip. 3. *quòd circunciſionem octaua die ſecundum legem ſuſceperit?*

RESPONSIO.

Apud Iudæos quidem legem Moyſi eſſe manifeſtum eſt. Apud gentiles verò legem naturæ non dubiũ eſt, quæ teſtimonio conſcientiæ arguat delinquentem. Vbi ergo quæremus hominem, in quo non ſit lex, & qui per hoc nõ videatur in prȩuaricatione peccati? Quia & ipſe Paulus de ſemetipſo dicit, Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Et quãdo Paulus ſine lege vixit, qui rurſum de ſemetipſo dicit, circunciſionem octauo die ſe habere, Hebrȩum ex Hebræis? Quomodo ergo verum erit, cum aliquando ſine lege vixiſſe, qui octaua die natiuitatis ſuȩ ſignum circunciſionis ex lege ſuſcepit? Vnde cõſtat tunc fieri hominẽ ſub lege, quãdo ad id ȩtatis venerit, vt eligere poſſit, & diſcernere quid ſit lex: nec prius legis vllius extrinſecus iugum ſuſcipere, q̃ internæ & naturalis legis habere incipiat firmitatem. Deniq; in eo vbi dixit, Ego autem viuebam ſine lege aliquando, addidit: Sed vbi venit mãdatum, peccatum

reuixit

reuixit.In quo hoc eſt quod oſtẽdit,quia in pueritia priuſquam diſcretionem quis habeat boni & mali, ſine lege eſſe dicitur:cùm etiam ſi peccat,quia lex in eo nõ eſt,peccatum ei non imputatur:cùm verò diſcretionem boni malíque acceperit,veniſſe ei dicitur lex, & veniſſe mandata:vbi autem eſt vis mandati, hoc eſt, conſcientia redarguens peccatum, quod prius in eo mortuũ erat,dicitur reuixiſſe.

INTERROGATIO III.

Cùm Paulus apoſtolus ad Romanos ſcribat, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe: quomodo idẽ in ſubſequẽtibus non omnes,ſed multos per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtitui definit,dicens: Sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi? *Roma. 3.* *Roma. 5.*

RESPONSIO.

Peccatores quomodo multi & nõ omnes videantur, cùm idem Apoſtolus dicit,quia oẽs peccauerunt,debemus oſtendere. Aliud eſt peccaſſe, aliud peccatorẽ eſſe,peccator dicitur is, qui multa delinquendo in conſuetudinem & (vt ita dicam) ſtudium peccandi iam venit. Sicut ecõtrario iuſtus non dicitur is, qui ſemel *Roma. 3.* *Pſal. 5.*

aut bis aliquid iuſtitiæ fecerit: ſed ille qui ſemper iuſtè agendo, vſu & cõſuetudine iuſtitiã habet. Nam ſi quis in cęteris ferè omnibus iniuſtus ſit, ſemel autem vel bis aliquid iuſti operis egerit, iſte in eo quidem opere in quo iuſtitiam tenuit: iuſtè egiſſe diceretur, non tamen ex hoc iuſtus appellabitur. Ita & iuſtus peccaſſe quidem dicitur, ſi aliquid cõmiſerit aliquando quod non licet. Non tamen ex hoc peccator appellabitur, qui peccandi vſum & conſuetudinem nõ tenet. Sicut & medicus nõ ille dicitur, qui & leuiter ruptæ capitis cuti ſcit imponere araneã, aut qui tumorem vulneris aqua calida fouere, quãuis etiam hoc medicus eſſe videatur: ſed ille dicitur medicus, qui vſum & ſtudium & diſciplinam habet medendi.

Ex quibus omnibus puto ſufficienter oſtendi, quod aliud ſit peccare, aliud peccatorem eſſe. Omnes enim poteſt fieri, vt peccauerint, etiam ſi ſancti fuerint, quia nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei fuerit vita eius. Quis enim eſt, qui
Iob 15. nõ aut in facto, aut in verbo, aut qui cautiſsimus certè eſt, vel in cogitatione peccauerit? & ideo dixi, peccaſſe quidẽ meritò omnes dicentur, peccatores verò facti,

non omnes, ſed multi.

INTERROGATIO IIII.

Quomodo Paulus ad Romanos ſcribens legem ſe non deſtruere, ſed confirmare teſtetur, dicens: Legem deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtatuimus: cùm econtrario in ſecunda ad Corinthios epiſtola deſtructionem eiuſdem legis prædicet, dicens: Si miniſterium mortis literis formatũ in lapidibus, factum eſt in gloria, ita vt non poſſent intẽdere filij Iſraël in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, qui deſtruitur: quomodo non magis miniſterium ſpiritus erit in gloria? Et paulò poſt: Si enim quod deſtruitur, per gloriam eſt, multò magis quod manet, in gloria eſt: quomodo ergo Paulus apoſtolus teſtatur ſe legem non deſtruere, ſed confirmare, cùm gloriã vultus Moyſi, quam legem eſſe demonſtrat, deſtrui prædicet? Ro ma. 2. Cor. 5.

RESPONSIO.

Non eſt idem quod dixit, Legem deſtruimus, & lex deſtruitur. Paulus ergo in præſenti loco hoc pronunciat, quod legem ipſe non deſtruat. Nam etſi deſtruitur lex, per eã quę ſupereminet gloriam, & nõ per Paulum, neq; per alium aliquẽ ſanctorum deſtruitur. Vnde & ipſe domi nus dicebat, Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Nullus ergo ſanctorum, nec *Mat. 5.*

ipſe dominus deſtruet legem. Sed gloria eius temporalis,& pertranſiẽs, à gloria ęterna permanente deſtruitur & ſuperatur.

INTERROGATIO V.

Rom. 4. *Cùm lex,quæ à deo data eſt,non omnibus tunc gentibus tradita fuiſſet,quãdo & Iudæis,& ex hoc dicere videatur apoſtolus,Vbi nõ eſt lex,nec*

Pſal. 118 *præuaricatio:quo pacto quod in pſalmo legitur, verum ſit, Præuaricatores exiſtimaui omnes peccatores terræ?*

RESPONSIO.

Si non eſt præuaricatio,vbi lex nõ eſt. cur pręuaricatores à ꝓpheta dicũtur,qui legem non acceperunt?Sed ſi conſideremus omne genus hominũ,de primo parente trahere originale peccatum,ipſum ſolum & primum teſtamentum eſt, ſub quo omnes homines,etiam ſine lege pręuaricatores eſſe dicuntur.Sed cùm lex euidenter poſtea data ſit,& dicat Apoſtolus, Vbi non eſt lex, nec præuaricatio: quo pacto in pſalmo quod legitur verum eſt, Præuaricatores exiſtimaui,&c. Niſi quia omnes legis eius præuaricatæ ſunt rei,qui aliquo peccato tenentur obſtricti:quamobrem etiam paruuli,quod vera fides habet,naſcuntur,non propriè,ſed

originaliter peccatores. Vnde illis gratiam remiſsionis peccatorum neceſſariam confitemur pro peccato, eo modo quo ſunt peccatores, etiam præuaricatores legis illius, quæ in paradiſo data eſt, agnoſcuntur: vt verum ſit vtrunque quod ſcriptum eſt, Et peccatores exiſtimaui omnes peccatores terræ, & vbi lex nõ eſt, nec præuaricatio.

INTERROGATIO VI.

Vtrum ſine lege Moyſi credatur Paulus aliquando vixiſſe, per hoc quod dicit, Ego autem viuebam ſine lege aliquando: cùm ſpecialiter ſe fateatur Hebræum ex Hebræis, & octaua die circuncisum ſecundum legis præceptum? *Roma.*

RESPONSIO.

Si lex naturalis à lege, quæ Hebræo populo data eſt, diſcreta agnoſcitur, quid de qua lege dixerit Paulus, facilius reperitur. Origenes ſine lege peccatum mortuum eſſe in nobis oſtendit, hoc eſt, antequam per ætatem rationabilis intra nos ſenſus vigeret, exemplum quoque pueruli percutiẽtis patrem aut matrem, vel maledicentis adducens: in quo, vt aſſerit, ſecũdum legem quidem prohibentem percuti vel maledici patrem aut matrem, peccatum fieri videtur, ſed iſtud *Exod.21* *Deut.21*

peccatum mortuū eſſe dicit, quia lex nō dum adeſt in puero, quæ cùm doceat hoc quod facit, fieri non licere. Sine hac autē lege naturali vel rationabili, & Paulum & omnes homines certum eſt aliquādo vixiſſe, hoc eſt, in ætate puerili. Omnes enim ſimiliter per illud tempus nondum capaces huius naturalis legis exiſtunt. Nam aliter vtique non videretur de hoc Pauli eſſe vna profeſsio, qua dicit, Ego autem viuebam ſine lege aliquando.

INTERROGATIO VII.

Roma. 7. *Quomodo dicit Apoſtolus, Lex quidem ſancta & iuſta & bona: cùm econtra videatur dicere, Virtus peccati lex? quomodo bonam eam legem dicit, quam virtutem peccati eſſe*

1. Cor. 15. *narrauit?*

RESPONSIO.

A deo bona lex data, ſemper eſt bona lex: tamen ideo virtus peccati eſt dicta, cū auget ipſius peccati noxiam delectationem per ſeueram exhibitionem, nec tamen etiam ſic mala eſt.

INTERROGATIO VIII.

Roma. 5. *Cùm Paulus dicat, Peccatum non imputatur cùm lex non eſt: necnon & illud quod dicit, quia per legem fit agnitio peccati: quomodo Cain*

Roma. 3. *cùm peccaſſet, ait, Maius eſt peccatum meum,*

quàm vt remittatur? Sed & patriarchæ cùm ad Ioſeph deſcendiſſent in Aegyptum, & ſimulata ab eo confutatione arguerentur, ita ad alterutrum dicunt: In peccatis ſumus pro fratre noſtro, quia deſpeximus tribulationem animæ eius cùm rogaret nos, & non exaudiuimus, en propter hoc venit ſuper nos tribulatio hæc. Sed & Iob ante legem fuiſſe conſtat, cùm ita dicit: Quod & ſi peccaui inuitus, ſi occultaui peccatū meum, aut cō fuſus ſum multitudine populi, quo minus annūciarem delictum meum, qui omnes euidenter docentur agnouiſſe peccatum ſuum. Gene. 4. Gene. 42

RESPONSIO.

Ex his colligitur, Paulum Apoſtolum non de lege Moyſi dixiſſe, ſed de naturali lege, quæ ſcripta eſt in cordibus hominum. Secundum ergo hanc legem naturalem conſequēter Apoſtolus dixiſſe videbitur, omne os obſtruēdum, & omnem mundum obnoxium deo, iudicio enim legis, quæ naturaliter hominibus ineſt, nullus eſt expers, neque Iudæorum, neq; gentilium.

INTERROGATIO IX.

Quomodo Paulus apoſtolus duo hæc contraria ſibi dixiſſe videatur, vt illic vbi de corpore

mortis huius loquebatur, diceret: Quod enim operor, non intelligo: & econtrario, Peccatum non cognoui niſi per legem, & per legem cognitio peccati: quomodo enim peccatum ignorabat, quod per legem ſciebat?

RESPONSIO.

Illud vbi ait Apoſtolus, quod enim operor ignoro, quid eſt aliud, quàm, Nolo non approbo, non conſentio, non facio: alioquin contrarium eſt his quę ſuprà dixit, Per legem cognitio peccati, &, Peccatum non cognoui niſi per legem, &, Peccatum vt appareat peccatum, per bonum *Roma. 7.* mihi operatum eſt mortem. Quomodo enim peccatum per legē cognouit, quod ignorat? quomodo apparet peccatum, ꝙ ignoratur? Sic ergo dictum eſt, ignoro, non facio. Quia nulla cōſenſione id ego ipſe cōmitto: quomodo dicturus eſt Deus impiis, Non noui vos, quem proculdubio latere nemo poteſt. Et ſicut dictū eſt, *Mat. 25.* eum qui nō nouerat peccatum, quod eſt, non fecerat. Neque enim non nouerat quod arguebat.

INTERROGATIO X.

Roma. 8. Gala. 4. *Cùm Paulus apoſtolus dicat, in ſpiritu ſancto nos clamare Abba pater: quomodo rurſum*

alio loco dicit, Dedit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantem. Abba pater? Quomodo nos clamamus, ſi ipſe clamat in nobis?

RESPONSIO.

Niſi quia clamare nos facit, dum habitare cœperit in nobis: hoc itaque agit acceptus, vt largius accipiendus, petendo, quærendo, pulſando poſcatur. Siue enim vita bona petatur, ſiue vt bene viuatur, quotquot ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt. Siue ergo cùm dicitur, nos clamare per ſpiritumſanctũ, ſiue ipſum in nobis clamare ſpiritum, non eſt contrariũ: quia & cùm nos clamare dicimur, non ex nobis, ſed ex illo clamare probamur: & cũ ille clamare in nobis legitur, quid aliud niſi efficiẽtia ſui operis, quo nos agimus, demonſtratur?

INTERROGATIO XI.

Cùm ad Romanos ſcribens Apoſtolus adoptionem filiorum dei, & redemptionẽ corporis ſui expectare ſe dicat: quomodo ibi quaſi iam ſit filius dei: & non ſit quod vltrà expectet, velut econtrario dicit: Qui ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quia ſumus filij dei? Et iterum, quomodo redemptionem corporis ſperat, qui alias dicit. Chriſtus nos redemit? Roma. 8. Ibidem. Gala. 3.

RESPONSIO.

Hæc interim Origenes ſic ſoluit: Vt mihi videtur, inquit, ipſe hoc eo ſoluit ſermone, qui in conſequētibus habetur.

INTERROGATIO XII.

Roma. 8. *Cùm Paulus ad Romanos ſcribens, Si Deus pro nobis, quis aduerſum nos? quaſi abſolutè pronunciet, neminem nobis eſſe aduerſarium: quomodo Petrus econtra videtur prædicare, dicens: Ad-*
1. Petr. 5. *uerſarius veſter diabolus, ſicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret?*

RESPONSIO.

Dicit quidem Apoſtolus, Si Deus pro nobis, quis contra nos? non quo omnino nullum nobis ineſſe dicat aduerſarium, ſed hoc eſt, quod oſtendit, quia deo agente pro nobis, contemptibilis & nullus efficitur aduerſarius noſter.

INTERROGATIO XIII.

Rom. 13. *Cùm Paulus dicat, Non eſt poteſtas niſi à deo, quomodo dominus per prophetam de quibuſ-*
Oſeæ. 8. *dam loquitur, dicens: Ipſi regnauerunt, ſed non ex me?*

RESPONSIO.

Quaſi diceret, non me propicio, ſed me irato. Vnde inferius per eundem prophetam dicit: Dabo, inquit, tibi regem in furore meo, quo manifeſtius elucet, bonā

ma lamq; ordinationem à deo ordinari: ſed bona propicio, mala irato.

INTERROGATIO XIIII. *Rom.15.*

Cùm Paulus ad Romanos ſcribat, Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bono ad ædificationem: quomodo in aliis dicit, Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem? *Gal.1.*

RESPONSIO.

Aliud eſt, ſtudium habere placendi hominibus, vt laudem ab eis quęrat, & aliud eſt ſtudium habere placendi hominibus, in eo quod vita ſua irreprehenſibilis eſt apud homines, ſed proficiunt ex eo omnes, qui vel vident talem, vel audiũt. Ibi ergo placendum non eſt hominibus, vbi contra fidem, contra honeſtatem, contra religionem eſt, in quo placeat. Et ideo dicit, Quia ſi hominibus placerem, hoc eſt, incredulis & infidelibus Iudæis, Chriſti ſeruus non eſſem.

INTERROGATIO XVII. *2.Cor.1.*

Cùm Paulus apoſtolus ad Corinthios ſcribens, laudet eos in principio epiſtolæ ſuæ, dicens: Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut

1.Cor.1. *teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia: quomodo contra laudem à ſe prolatam ſubiũgere videtur,*
Ibidem. *dicens: Obſecro autem vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata? & illud ſignificatum eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui ſunt Cloes, quia cõtentiones in vobis ſunt, &c.*

RESPONSIO.

Ecce quos in omni verbo, & in omni ſciẽtia laudauerat, quibus nihil deeſſe in vlla gratia dixerat, pauliſper loquens, ad increpandum leniter veniens, diuiſos erga ſeipſos reprehendit, & quorum prius ſalutem narrauerat, poſtmodum vulnera patefacit. Peritus enim medicus vulnus ſecandum videns, ſed ægrum timidum eſſe conſpiciens, diu palpauit, & ſubitò percuſſit. Prius enim blandam manum laudis poſuit, poſtmodum ferrum increpationis fixit. Niſi enim verecundæ mentes fuerint palpando reprehenſæ, ita vt ex aliis rebus audiant, quod in conſolationem ſumant, per increpationem protinus ad deſperationem cadunt. Sed nunquid mentitus eſt Paulus, vt prius eis nil

 (175)

deeſſe in omni gratia diceret,quib⁹ poſt modum dicturus erat vnitatẽ deeſſe? Abſit hoc. Quis de illo talia vel deſipiens credat? Sed quia erant inter Corinthios quidam omni gratia repleti, & erant quidam in perſonarum fauoribus excuſſi, cœpit à laudibus perfectorum, vt modeſta inuectione ad reprehenſionem pertingeret infirmorum.

INTERROGATIO XVI.

Quomodo Paulus dicat Nolite maledicere: *Roma.1.* *vel illud, Neque maledici regnũ Dei poſſidebũt,* *1.Cor. 6.* *cùm ipſe maledictionis ſententiam protulerit, dicendo: Alexander faber ferrarius multa mala* *1.Tim.4* *mihi fecit, ſed reddet illi Deus ſecundum opera ſua: vel illud quod Ananiæ dixit, Percutiet te* *Act.23* *Deus paries dealbate?*

RESPONSIO.

Sciendum eſt, quod ſcriptura ſacra duobus modis maledictum memorat. Aliud videlicet quod approbat, aliud quod dãnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iuſtitiæ, aliter liuore vindictæ. Maledictum quippe iudicio iuſtitiæ, in ipſo primo homine peccante prolatum eſt, quum audiuit: Maledicta terra in operibus tuis, & illud quod ad Abraham

dicitur, Maledicam maledicentibus tibi. Et rurſum, quia maledictum liuore vindictæ promitur, voce Pauli prædicantis admonemur: Benedicite, & nolite maledicere. Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur: quia quod homo agit malitia vindictæ, deus nõ facit niſi examine & virtute iuſtitiæ. Cùm verò ſancti viri maledictionis ſententiam proferunt, non hanc ex voto vltionis, ſed ex iuſtitia examinis erumpunt. Intus enim ſubtile dei iudiciũ aſpiciunt, & mala foras exurgentia, quæ maledicto debeãt ferire, cognoſcunt: & eo in maledicto nõ peccãt. quo ab interno iudicio non diſcordãt, Hinc eſt quod Petrus in offerentem ſibi pecuniam Simonem, ſententiam maledictionis intorſit, dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditione. Qui enim non ait, Eſt, ſed ſit non indicatiuo, ſed optatiuo modo ſe hæc dixiſſe ſignauit. Hinc Helias duobus quinquagenariis ad ſe venientibus dixit: Si homo dei ſum, deſcendat ignis de cœlo & conſumat vos. Quorum vtrorunque ſententia quanta veritatis ratione conualuit, terminus cauſæ monſtrauit. nam & Simõ æterna perditione interiit, & duos

quinquagenarios de ſuper veniens flām̄a combuſſit. Virtus ergo ſubſequens teſtificatur, qua mente ſententia maledictionis promitur. Quum enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicitur, vſque ad interitum maledictio abſorbet, ex vtriuſque partis fine colligitur, quia ab vno & intimo iudice in reum ſententia ſumpta iaculatur.

INTERROGATIO XVII.

Quomodo diuiſiones gratiarum, quæ nobis per ſpiritum dantur, ad menſuram dari dicat Apoſtolus: quum in Euangelio dicatur, Deus non dat ſpiritum ad menſuram? 1. Cor. 12. Ioan. 3.

RESPONSIO.

In hominibus datur ſecundum Apoſtolum ad menſuram ſpiritus: Alij quidē per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ, ſecundum eundē ſpiritum, &c. Vnico autem filio ſuo pater non dat ſpiritum ad menſuram, quia in ipſo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat.

INTERROGATIO XVIII.

Cùm Paulus in epiſtola ad Corinthios prima, de ſuis coapoſtolis dicat, Abundantius illis omnibus laboraui: quomodo in epiſtola 1. Cor. 15.

Epheſ.3. *ad Epheſios, extremum ſe omnium electorum exiſtimans, dicit: Mihi infimo omnium ſanctorum data eſt gratia hæc in gentibus Euangelizare?*

RESPONSIO.

Non puto apoſtolum Paulũ cum mẽtis ſuæ concordaſſe ſecreto, vt verè omnibus ſanctis infimum ſe eſſe dixerit. Verbi cauſa, his qui erant Epheſi, qui Corinthi, qui Theſſalonicæ, vel qui in toto orbe crediderunt. Quod cùm humilitatis indicium ſit, ſe omnibus ſanctis infimum dicere: mẽdacium eſt reatus, aliud in pectore clauſum habere, aliud lingua promere. Reperiendum ergo eſt argumentum, quòd & Paulus verè omnibus
Mat.10. ſanctis infimus fuerit, & tamen de apoſtolica nõ ceciderit dignitate. Loquitur dominus in Euágelio ad diſcipulos: Qui vult in vobis maior eſſe, ſit omnium minor: & qui vult eſſe primus, ſit omnium
1.Cor.4. nouiſsimus. Quod Paulus opere complebat, dicens: Puto enim quia deus nos apoſtolos nouiſsimos oſtendit, quaſi morti deſtinatos. Omnibus igitur qui ſe propter Chriſtum infimos eſſe cupiebant, apoſtolus Paulus infimior erat, & idcirco

idcirco maior. Omnibus enim, inquit, illis plus laboraui, non autem ego, ſed gratia dei quę mecum eſt. Propter quam humilitatem, dum omnium ſanctorum eſt infimus, data eſt hæc ei gratia in gentibus: vt Euangelizaret inueſtigabiles diuitias Chriſti, & doceret diſpenſationē Chriſti myſterij, abſconditam à ſeculis in deo, qui vniuerſa creauit.

INTERROGATIO XIX.

Cùm Paulus dicat de ſemetipſo in epiſtola ad Corinthios, Non ſecundum carnem viuimus, neque ſecundum carnem militamus: quomodo ad Romanos econtrario ſcribit, dicens: Ego autē carnalis ſum? Et quum alio loco dicat viuere in ſe Chriſtum, & ſpiritum ſanctum, dicendo, propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis: quomodo quaſi econtrario loquitur, Quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum? 1.Cor.9. Roma.7. Galat.2. Roma.8. Roma.7.

RESPONSIO.

Si cui iſta quæ dicuntur, contraria apoſtolicæ dignitati eſſe videntur, ſic dicta accipiat, vt Apoſtolus hæc ipſa non de ſua perſona, ſed perſonam infirmorum in ſe ſuſcipiens dixerit, hæc fortaſſe contraria non putabit, qui & carnalem ſe

nominans,& non habitare in ſe bonum pronuncians, iuxta quod Origenes refert:non in ſua perſona Apoſtolus dixit, ſed tanquam doctor eccleſiæ, perſonam in ſemetipſo ſuſcipiens infirmorum, eli cuit,iuxta quod & alibi idem apoſtolus ait:Factus ſum infirmis infirmus,vt infir mos lucrarer.Quanquam & beatus Auguſtinus ad Bonifacium papam ſcribẽs, hoc ipſum de perſona Apoſtoli accipi poſſe teſtetur,quod dicit:Ego autem car nalis ſum,venundatus ſub peccato,Quia nondum ſpiritale corpus habebat Apoſtolus,ſic,vt poſſit dicere:Ego autẽ mor talis ſum, quod vtique non niſi ſecundũ corpus intelligitur dixiſſe, quod nondũ fuerat immortalitate veſtitum quod etiam etſi iuxta hunc modum ſentiatur, nec ſic erit bene intelligenti contrariũ.

INTERROGATIO XX.

2.Cor.5. *Cùm Paulus dicat, Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi: quomodo Chriſtus*
Pſal.21. *in paßione ſua clamauit, Deus meus, Deus meus,quare me dereliquiſti?*

RESPONSIO.

Vox iſta, qua Chriſtus clamauit,Deus

meus, Deus meus, &c. nõ ex perſona verbi, qua vnus cum patre & ſpirituſancto permanet deus, ſed ex veteri homine, nõ quem ipſe ſuſceperat accipienda eſt. Ille nanque qui per potentiam magnæ diuinitatis, qua patri æqualis eſt reſuſcitauerat mortuos, ſubitò in manus inimicorũ infirmus factus eſt, & quaſi nihil valens, apprehenſus eſt. Sed quando prenderetur, ni primo illi in corde ſuo dicerent, Deus dereliquit eum? Vnde illa vox eſt in cruce: Deus meus, deus meus, vt quid me dereliquiſti? Nũquid deus dereliquit Chriſtum, quum deus eſſet in Chriſto, mundum reconcilians ſibi? quum eſſet & Chriſtus Deus, ex Iudæis quidem ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, Deus dereliquit illum? Abſit, ſed in veteri noſtro vox noſtra eſt: quia ſimul crucifixus eſt vetus homo noſter cum illo, qui de ipſo veteri noſtro corpus acceperat, quia Maria de Adam erat. Ergo quod illi putauerunt, hoc de cruce dixit: Quare me dereliquiſti? *Pſal. 21.*

INTERROGATIO XXI.

Quomodo Paulus Apoſtolus dicat, Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non *Galat. 1.*

1.Cor.10 *eſſem: quum idem alio loco præcepit, Placete omnibus per omnia, ſicut ego omnibus per omnia placeo?*

RESPONSIO.

Hæc qui non intelligunt, contraria putant. Sed non eſt ita: nam & non ſe placere hominibus rectè dicebat, quia in eo ipſo non vt hominibus, ſed vt deo placeret, intuebatur. Item placendum eſſe hominibus rectè præcipiebat, non vt hoc appeteretur, tãquam merces rectè factorum, ſed quia deo placere non poſſit, qui non ſe his quos ſaluos fieri vellet præberet imitandum. Placet ergo Paulus & non placet: quia in eo quod placere appetit, non ſe, ſed ipſam hominibus placere veritatem quærit.

INTERROGATIO XXII.

Cùm Paulus apoſtolus in epiſtola ad Galat. referat per ordinem, vbi primùm poſt conuerſionem ſuam acceſſerit, dicens: Abij in Arabiã, & iterum reuerſus ſum Damaſcum: quomodo Lucas in Actibus Apoſtolorum, eundem Paulum poſt acceptam fidem Chriſti, non in Arabiam, ſed in Damaſco prius commoratũ fuiſſe teſtatur? Galat. 1.

RESPONSIO.

Hæc à beato Hieronymo ſic explanata reperimus: de eo quod Apoſtolus dixit, Abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum, non ſibi videtur hiſtoriæ ordo conuenire, referente Luca in Actibus Apoſtolorum, quòd cùm Paulus poſt fidem Chriſti per dies multos Euãgelium Damaſci loqueretur audenter, factæ fuerint ei inſidiæ, & in ſporta nocte per murum demiſſus ſit, & venerit in Hieruſalem, tentans ſe coniungere diſcipulis, à quibus cùm vitaretur, & timerent ad eum accedere, à Barnaba ad Apoſtolos illum eſſe perductũ, & ibi narraſſe quomodo dominum viderit in itinere, & Damaſci fiducialiter egerit in nomine Ieſu. Erat, inquit, cum illis intrans & exiens in Hieruſalem, & fiducialiter agens in nomine domini, loquebatur quoque & diſputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum, quòd cùm cognouiſſent fratres, deduxerunt eũ Cæſaream, & dimiſerunt Tharſo. Hic autẽ dicit ſe primũ iſſe in Arabiã, & iterũ reuerſum Damaſcũ, poſt Triẽniũ veniſſe Hieroſolymã, vidiſſe Petrum, & cum eo manſiſſe diebus quindecim, nec

Actu.9

Ibidem.

Galat.1.

præter Iacobum fratrem domini,alterũ cognouiſſe. Quæ vt vera credantur dubia quippe videri abſentibus poterant, ſub teſtatione confirmat,dicens:quæ autem dico vobis,ecce coram deo quia nõ mentior.Poſſumus æſtimare iſſe quidẽ Paulum ſecundum Lucæ hiſtoriam in Hieroſolymam,non quaſi ad anteceſſores apoſtolos, vt aliquid ab illis diſceret, ſed vt perſecutionis impetum declinaret,qui ſibi Damaſci propter Euangeliũ Chriſti fuerat concitatus : & ſic veniſſe Hieroſolymam : quaſi ad quamcumque aliam ciuitatem,& inde eum ſtatim propter inſidias receſſiſſe, & veniſſe Arabiã ſiue Damaſcum, atque inde poſt triennium ad videndum Petrum Hieroſolymam reuertiſſe.Vel certè ita: ſtatim vbi baptizatus ſit,& accepto cibo confortatus,fuiſſe eum cum diſcipulis, qui erant Damaſci,per dies aliquot, & ſtupentibus cunctis,in ſynagogis iudæorũ prædicaſſe continuò,quòd Ieſus eſſet filius
Act. 9 Dei, & tunc iſſe in Arabiam, & de Arabia Damaſcum reuertiſſe , & ibi feciſſe triennium,poſt dies multos ſcriptura teſtatur,dicens: Cùm implerentur autem dies multi, conſilium fecerunt iudæi vt

eum interficerent. Notæ autem factæ ſunt Paulo inſidiæ eorum,& cuſtodiebāt portas die ac nocte, vt eum interficerēt. Accipiētes autem diſcipuli eius nocte ꝑ murum demiſerūt eum, ſubmittentes in ſporta. Cùm autem veniſſet Hieruſalem tentabat coniungere ſe cum diſcipulis. Lucam verò idcirco de Arabia præteriſſe, quia forſitan nihil dignum apoſtolatu in Arabia perpetrarat,& ea potius cō pendioſa narratione dixiſſe, quæ digna Chriſti euangelio videbantur. Nec hoc ſegnitiæ Apoſtoli deputandum ſi fruſtrà in Arabia moratus ſit, ſed quòd aliqua diſpenſatio, & Dei præceptum fuerit, vt taceret.

INTERROGATIO XXIII.

Cùm Paulus apoſtolus de ſe dicat, Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: quomodo quaſi econtrario ſibi videtur reſpondere, dicens: Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum? *Galat. 2.* *Roma. 7.*

RESPONSIO.

Hæc quæ ſibi videntur contraria, ita à beato Auguſtino ſoluuntur, vbi contra Iulianum diſputans, ait: Non eſt contrarium ſicut putas, vt qui dicit, Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus,

dicit etiam, Scio quia non habitat in me hoc eſt, in carne mea, bonum, inquantū quippe in illo viuit Chriſtus, in tantum expugnat & ſuperat, quòd non habitat bonum in eius carne, ſed malum. Neque enim rectè cuiuſquam ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem ſuam: niſi habitaret in illo, ſpiritusſanctus.

INTERROGATIO XXIIII.

Cùm Paulus Galatis prædicet, Si circunci-
Galat.5. *damini, Chriſtus vobis nihil prodeſt: quomodo quaſi econtrario Romanis prædicare videtur, Circunciſio quidem prodeſt, ſi legem cuſtodias?*
Roma.2. *& infrà. Quid ergo amplius eſt iudæo? aut quæ vtilitas circunciſionis? Multùm per omnem modum, primùm quidem, quia credita ſunt illis, &c.*

RESPONSIO.

Hæc duo, quæ ſibi videntur eſſe contraria, ita à beato Hieronymo ſoluuntur: Si enim his qui circunciſi ſunt. Chriſtus nihil prodeſt, quomono legem cuſtodientibus prodeſt circuncifio? Quod quidem hac reſponſione ſoluitur, vt dicamus epiſtolam, quæ ad Romanos ſcripta eſt, ad eos eſſe dictam, qui ex Iudæis gentibúſque crediderant, & hoc egiſſe Paulum, vt neuter populus offendere-

tur, quo, ſcilicet ſuum vtraque plebs priuilegium poſſideret, vt nec gentiles circuncidérentur, nec circuncisi adducerẽt præputium. Ad Galatas autem ſcribẽs, alio vſus ſit argumento. Non enim erãt ex circuncisione, ſed ex gentibus, qui crediderant, nec poterat eis prodeſſe circuncisio, qui poſt euangelij gratiam iterum ad legalia reuerterentur elementa: & in Actibus Apoſtolorum narrat hiſtoria, cùm quidam de circuncisione ſurgentes, aſſeruiſſent eos qui ex gentibus crediderãt, debere circuncidi, & legem cuſtodire Moyſi: ſeniores qui in Hieroſolymis erant, & apoſtolos pariter congregatos ſtatuiſſe per literas, ne ſuperponeretur eis iugum legis, nec amplius obſeruarent, niſi vt cuſtodirent ſe tantũ ab idolothytis, & à ſanguine, & à fornicatione, ſiue, vt in nonnullis exemplaribus ſcriptum eſt, & à ſuffocatis, & ne reſideat vlla dubitatio, quòd circuncisio nihil proſit, ſed propter eos qui ex iudæis crediderant, ad Romanos de circũcisione ſententiam tẽperari, paulatim ad epiſtolę eiuſdẽ poſteriora deſcẽdens, nec circuncisionem, nec præputium aliquid valere mõſtrauit, dicẽs: Circũcisio itaq;

Gal. 5.

nihil eſt,& præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei.in tantum enim circuncíſio nihil eſt, vt Iſraëliticæ quoque domui ſe de circunciſione iactāti nihil profuerit, propheta memorante: Omnes gentes in circunciſæ carne, domus autem Iſraël incircunciſa corde,& incircunciſus Melchiſedec circunciſum
Gen.14. benediceret Abraham.

INTERROGATIO. XV.

Galat.5. *Cùm Paulus apoſtolus in epiſtola ad Galatas prædicet, dicens: Quia ſi circuncidamini Chriſtus vobis nihil prodeſt, cur in Actibus apo-*
Act.16 *ſtolorum contra ſuam prædicationem videatur egiſſe, cùm Timotheum ipſe diſcipulum circuncidit?*

RESPONSIO.

Vtraque prudenti ſalubríque conſilio, in principio naſcentis eccleſiæ acta ſunt, vt & carnalis circunciſio in Chriſto impleta, prędicante apoſtolo iā ceſſare deberet, & tamen in primis illis Chriſtianis, qui ex circunciſione, crediderant, contra diuturnam conſuetudinem non ſtatim carnis circunciſio prohiberetur, ne ex hoc ſcandalum eccleſiæ naſceretur, ſed paulatim perſuadendo ad intellectum perfectum ducerentur. Sic enim

de eiuſmodi quæſtione in libris contra Fauſtum beatus diſputat Auguſtinus, ait enim: Primos illos Chriſtianos, qui ex iudęis crediderãt, qui ſecundum legis veteris præcepta nati erant atque inſtituti, iuſſerunt eos apoſtoli patrium ritum traditionémque ſeruare, & eos quibus hoc opus erat, congruerent illorum tarditati moribúſque monuerunt. Inde eſt quòd Timotheum iudæa matre & Græco patre natum, propter illos ad quos talis cum eo venerat, etiam circuncidit Apoſtolus, atque ipſe inter eos morem huiuſmodi cuſtodiuit, non ſimulatione fallaci, ſed conſilio prudenti. Neque enim ita natis, & ita inſtitutis noxia erãt iſta, quãuis iam non eſſent ſignificãdis futuris neceſſaria. Magis quippe noxium erat, hæc tanquam noxia prohibere in his hominibus vſque ad quos durare debuerunt, quoniam Chriſtus qui omnes illas prophetias implere venerat, ſic eos initiatos inuenerat, vt iam de cætero, qui nulla tali neceſſitudine tenerentur, ſed ex diuerſo veluti pariete, id eſt, prępputio ad illum angularem lapidem, qui Chriſtus eſt, cõuenirent, ad nulla talia cogerentur. ſi autem his, qui ex circunciſione venerant,

talibúſque ſacramentis adhuc dediti erant, vltrò vellent ſicut Timotheus conferre cõgruentiam, non prohiberentur. Verùm ſi in huiuſmodi legis operibus putarent ſuam ſpem ſalutémque contineri tanquam à certa pernicie vitarentur. Vnde eſt illud Apoſtoli: Ecce ego
Galat. 5. Paulus dico vobis, quia circuncidamini. Chriſtus vobis nihil proderit.

INTERROGATIO XXVI.

Quomodo Paulus qui Galatis præceperat Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,
Galat. 6. *vt in ſpiritu manſuetudinis inſtrueretur: iterum in conſequentibus quaſi econtrario his ipſis vi-*
1. cor. 4. *detur dixiſſe: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis?*

RESPONSIO.

Si enim ibi ad peccatores non in ſpiritu manſuetudinis, ſed in virga ſe venire dicit: quomodo nunc illis qui in aliquo peccato præuenti fuerint, non virgam adhibet, ſed ſpiritum manſuetudinis? Verùm ibi ad eos dicitur, qui pòſt peccatum non ſentientes errorem ſuũ, dolebant maioribus ſubdi, & pœnitentia corrigi. Vbi verò peccator intelligẽs vulnus ſuum, tradidit medico ſecan-

dum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpitus lenitatis.

INTERROGATIO XXVII.

Cùm in Epiſtola ad Galatas præcipiat Paulus, dicens: Alter alterius onera portate: quomodo quaſi econtrario videtur in ſubſequentibus dicere, Vnuſquiſque onus ſuum portabit? Si enim vnuſquiſque onus ſuum portabit, alter alterius onera portare non poterit? *Gala.6.*

RESPONSIO.

Sed videndum quod ibi præceperit, vt peccantes nos in hac vita inuicem ſuſtentemus, & in præſenti ſeculo alterutrum auxilio ſimus, hic autem de Domini dicat in reſurrectione iudicio, quod non ex alterius peccato & comparatione deterioris, iuxta noſtrum opus, aut peccatores ab eo iudicemur, aut ſancti, recipiente vno quoque ſecundum opus ſuum. Obſcurè licet docemur per hanc ſententiolam nouum dogma quod latitat, dum in præſenti ſeculo ſumus, ſiue orationibus, ſiue cõſilijs inuicem poſſe nos adiuuari: cùm verò ante tribunal Chriſti venerim⁹, nec Iob, nec Danielem, nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed vnũquẽque portare onus ſuum. *Ezec.14.*

INTERROGATIO XXVIII.

Cùm Paulus dicat, Mihi abſit gloriari,
Galat.6. *niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti : quomodo inuenitur in multis rebus aliis gloriatus eſſe, ſicut in loco illo vbi dicit, Libenter gloriabor in*
2.Cor.11. *infirmitatibus meis?*

RESPONSIO.

Quomodo nunc dicit, Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Chriſti, cùm in alio loco de aliis glorietur, vt ibi. Ita per veſtram gloriã, quam habeo in Chriſto Ieſu? Sed ſciendum, quòd omnis illa gloriatio ad crucẽ relata gloria crucis ſit: & quicquid dignum in virtutibus perpetratur, hoc fieri ob domini paſsionem.

INTERROGATIO XXIX.

Epheſ.5. *Cùm Paulus Epheſios imitatores Dei ſuadeat fieri, dicẽs: eſtote imitatores dei ſicut filij cha-*
1.Cor.11. *riſsimi: quomodo Corinthiis dicit, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti?*

RESPONSIO.

Corinthij etenim non poterant ſtatim imitatores Chriſti fieri, ſed grande illis erat, ſi imitatores poſsint ei⁹ exiſtere. Epheſiis verò, quaſi his, quos iam myſteria tanta docuerat, non ait: imitatores

mei eſtote, nec imitatores Chriſti, ſed imitatores Dei. Non quòd minus ſit imitatorẽ Chriſti eſſe quàm dei. Deus quippe Chriſtus eſt: ſed quòd aliud ſit ſecundũ hominem illum imitari, aliud ſecundum deum. Nam etſi Chriſtum ſecundum carnem antea noueramus, nunc iam nequaquam eum nouimus ſecũdum carnem. Nec enim puto quòd in cæteris, quæcunque Deus fecit, homo Deum poſſit imitari: ſed verbi cauſa, vt quòd ille clemens eſt, & pluit ſuper bonos & malos, &c. ſic etiam nos bonitatem noſtram ſuper omnes homines effundam⁹: quòd cùm fecerimus, filij dilecti, vel imitatores, ſiue ipſius Pauli, ſiue Dei, erimus. *Cor. 5.* *Mat. 5.*

INTERROGATIO XXX.

Cùm in epiſtola ad Epheſios Paulus de Chriſto dicat, quòd pater omnia ſubiecerit ſub pedibus eius: quomodo ibi Paulus alibi dicit, Necdum ei videmus omnia ſubiecta? Necnon & illud, Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Si necdum ſubiecta ſunt ei omnia, & oportet eum regnare donec ei ſubiiciãtur, quomodo nũc ſub pedibus eius deus vniuerſa ſubiecit, Maximè cùm & in alio loco Ephe. 1. *Hebr. 2.* *Pſal. 110.*

Paulus ipſe teſtetur, Cùm autem ei ſubiecta fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit deus omnia in omnibus?

RESPONSIO.

Ergo aut ſecundum præſentiam id quod futurum eſt, quaſi iam factum eſſe commemorat: aut certè ſi de præterito ſentiendum eſt, ſic debemus accipere, quòd etiam ea quæ non ſunt ei voluntate ſubiecta, naturæ conditione deſeruiant: verbi cauſa, Dæmones, Iudæi, & Gentiles, non enim ſeruiunt Chriſto, nec ſubiecti ſunt pedibus eius: & tamen quia ab eo in bonam partem creati ſunt, ſubditi ſunt poteſtati eius inuiti, tametſi aduerſum eum repugnent liberi arbitrij voluntate.

INTERROGATIO XXXI.

Heſter 15 *Cùm ſecundum omnes ſcripturas diuinas mũdi rectorem, ſi & creatorem deum ſolùm accipiamus: quomodo econtrario videtur Paulus Apoſtolus dicere, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, & rectores mundi tenebrarum harum?*

Reſpon-

RESPONSIO.

In eo quòd diabolus vel angeli eius, in membris ad ſe pertinentibus regnum ſuum extendunt, rectores vtique mundi ab apoſtolo nominãtur. Rectores enim eos mundi dixit, quia ipſi regunt dilectores mundi. Non enim regunt mundum, vt rectores ſint cœli & terræ, ſed mundũ peccatores dicit. Vnde & in Euãgelio ſcribitur, Et mundus eum non cognouit.

INTERROGATIO XXXII.

Quomodo Paulus Apoſtolus dicit, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: necnõ & illud, Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum: cùm ecõtrario dicere videatur, Qui ſumus in hoc habitaculo, ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus exſpoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita? Philip. 1. Philip. 1. 2. Cor. 5.

RESPONSIO.

Miramur hîc Paulum quomodo amat quod refugiat. refugit quę amet. Ecce enim & mori deſiderat, & tamẽ carne exſpoliari formidat. Cur hoc? Quia etſi victoria in perpetuum lætificat, ipſa nihilominus ad præſens pœna perturbat: & quanuis vincat amor ſubſequẽtis mu-

neris, tangit tamen non ſine mœrore animum pulſus doloris. Sicut enim vir fortis quum vicino iam belli certamine, quũ armis accingitur, palpitat & feſtinat, tremit & ſæuit, quaſi pauere per pallorem cernitur, ſed per iram vehementer vrgetur: ita vir ſanctus cùm paſsioni propinquare ſe conſpicit, & naturæ ſuæ infirmitate concutitur, & ſpei ſuæ ſoliditate roboratur, & de vicina morte trepidat, & tamen quòd moriendo veriùs viuat exultat: ad regnum quippe non poteſt, niſi interpoſita morte, tranſire. Et idcirco & cõfidendo quaſi ambigit, & quaſi ambigẽdo confidit, & gaudens metuit, & metuens gaudet: quia ſcit quòd ad brauium quietis non perueniat, niſi quod interiacet, cum labore tranſcendat. Sic nos, cùm morbos à corpore repellere cupimus, triſtes quidem amarum purgationis poculũ ſumimus, certi autẽ de ſubſequenti ſalute gaudemus: quia enim peruenire corpus aliter ad ſalutem non valet, in potu libet etiam quod tædet: cúmque amaritudini ineſſe vitam animus conſpicit, mœrore turbatus hilareſcit.

INTERROGATIO XXXIII.

Quomodo Paulus Apoſtolus quaſi per contrarium loquens, modò perfectum, modò imperfectum ſeſe teſtetur? Dicit enim in epiſtola ad Philippenſes: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim, Vbi ſubiungit, Quicunque ergo perfecti ſumus. Philip. 3. Ibidem.

RESPONSIO.

De hac igitur gemina perfectione, hoc beatum Ambroſium ſenſiſſe reperimus. Vidimus, inquit, impoſsibile eſſe, vt perfectè quis immaculatus eſſe poſsit in corpore conſtitutus, cùm etiã Paulus imperfectũ ſe dicat. Sic enim habet: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim. & tamen pòſt paululum ait, Quicunque ergo perfecti ſumus: niſi fortè, quia eſt perfectio alia in hoc mundo, alia poſt hanc vitam, illum intelligamus perfectum de quo dixit ad Corinthios, Cùm venerit quod perfectum eſt. Et alibi: Donec occurram⁹ omnes in vnitate fidei, & agnitione filij dei, in virum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. 1. Cor. 13.

INTERROGATIO XXXIIII.

Cùm Paulus Apoſtolus de reſurrectione 1. Theſ. 5.

vltima loquens, inter cætera dicit, Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos qui viuimus, ſimul cum illis rapiemur obuiam Chriſto in aëra. & ſic ſemper cum Domino erimus. quia dicit ſic ſemper erimus: quomodo Ioãnes in Apocalypſi de regno ſanctorum præ-
Apo. 20 *finitum tempus poſuit, dicens: Et regnabunt cum Chriſto mille annis?*

RESPONSIO.

Nunquam diceret ſanctus Apoſtolus de ſe, vel de hominibus ſanctis aliis, ſimul rapiemur in nubibus obuiã Chriſto, & ſic ſemper cum Domino erimus, ſi aliquos ſanctos noſſet receptis iam cũ beata immortalitate corporibus cũ Chriſto regnaturos ad tempus. Non enim ſemper cum domino erũt, ſi tantùm mille annos cum eo, reſurrectione facta regnabunt: ac per hoc, ſi id quod dicitur, ſemper, non habet finem, non erunt mille anni: qui cùm finiti fuerint, faciunt finem. Sed vt hæc ſibi contraria non putentur, breuiter hæc dicta lector intelligit. Quod enim Apoſtolus dicit. Sic ſemper cum Domino erimus, vtique de futuri iudicij tempore dicit, ex quo cũ Chri-

ſto ſine fine regnabimus. Quod autem Ioãnes in Apocalypſi de regno ſanctorũ dicit, Et regnabunt cum Chriſto mille annis, de tempore huius vitæ, iſti mille anni accipiuntur. Quod interiectum eſt inter duos Chriſti aduentus, vnum incarnationis, & alterum iudicij ſui: quod tempus medium, quantorumcunque annorum ſpaciis extendatur, propterea mille annos appellauit, vt à toto partem tropicè cogat intelligi, aut plenitudinem ipſius numeri, qui dicitur mille, inter aduentum primum Chriſti, & ſecundum, quicquid erit temporis comprehendat. Cum Chriſto enim ſancti mille annis regnare dicuntur, propter eccleſiam Dei, quæ in regno fidei à tempore incarnationis Chriſti, vſque ad tempus iudicij ſuperuenturi, in fide & opere dilatata extenditur. Nam hoc eſt dicere ꝓ ſanctis, quod cum Chriſto mille annis regnabunt, quaſi pro fidelibus electis, qui intra Eccleſiã per totum hoc tempus, quod inter duos aduentus interiacet, cum Chriſto in Eccleſia fideliter viuunt.

INTERROGATIO
XXV.

Quomodo Paulus dicit, Qui omnes homines 1. *Tim.* 2

vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: cùm econtra ſcriptura dicat, deus cui vult
Roma. 2. *miſeretur, & quem vult indurat?*

RESPONSIO.

Si Deus omnes homines ſaluos fieri vult, quomodo omnes ſalui non fiunt? aut ſi omnes ſalui fiunt, quod vtique non eſt, quomodo alibi ſcriptum eſt, Deus cui vult miſeretur, & quem vult indurat? Sed ita debemus intelligere, quod ſcriptum eſt, quia omnes homines vult ſaluos fieri, tanquam diceretur, nullum hôminem fieri ſaluum, niſi quem fieri ipſe voluerit. non quòd nullus ſit hominum niſi quem ſaluum fieri vellet, ſed quòd nullus fiat, niſi quem velit. ac proinde quod dicit omnes, à toto partē intelligi voluit, ſcilicet ꝙ omnes eos ſaluos fieri velit, quos ex omni genere humano ſaluandos eſſe elegerit: ac per hoc contrarium non eſt illi ſententiæ, Deus cui vult miſeretur, & quem vult indurat: quia & cui miſeretur, per miſericordiam ſaluatur: quem induraſſe dicitur, per iudicium relinquetur. Indurare enim dicitur Deus eū, quē mollire noluerit: ſicut etiam excæca-

re dicendus eſt eum, quem illuminare noluerit: vel repellere eum, quem vocare deſtiterit.

INTERROGATIO XXXVI.

*Cùm Paulus Apoſtolus dicat, Iuſto lex non eſt poſita: quomodo pſalmiſta legem ſibi dari poſ- *1. Tim. 1.*
ſcit, dicens: Legem pone mihi domine viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper? *Pſal. 118*

RESPONSIO.

Quid eſt hoc, quod orat, vt ſibi lex à domino ponatur? non ponitur iuſto? An eo modo non ponitur iuſto, quomodo poſita eſt populo cõtumaci in tabulis lapideis, nõ in tabulis cordis carnalibus, ſecundum teſtamentum vetus, in monte Sina, quod in ſeruitute generat, nõ ſecundũ teſtamẽtum nouũ, de quo ſcriptum eſt per Hieremiã prophetam: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo domui Iſraël & domui Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, quoniam ipſi non

permanſerunt in teſtamento meo,&ego negligam eos,dicit dominus? Quomodo hoc eſt,Teſtamentum quod conſtituam domui Iſraël poſt dies illos,dicit Dominus, Dabo leges meas in mentes eorum, & in cordibus eorum ſcribam eas. Ecce quomodo vult iſte legem ſibi poni à Domino, non ſicut iniuſtis & non ſubditis, ad vetus teſtamentum pertinentibus poſita eſt in tabulis lapideis, ſed ſicut ſanctis filiis liberæ, hoc eſt, ſupernæ Hieruſalem,filiis promiſsionis, filiis hæreditatis æternæ, ſancto ſpiritu tanquam digito Dei in mente datur, & in cordibus ſcribitur: non quòd memoria teneant,& vitam negligant: ſed quòd ſciant intelligendo, faciant diligendo, in latitudine amoris, non in timoris anguſtiis. Cur ergo iſte adhuc poſcit ſibi legem poni, quæ vtique ſi non ei poſita fuiſſet, non viam mandatorum Dei in cordis latitudine cucurriſſet, ſed quia proficiens loquitur, & Dei donum nouit eſſe, quod profecit, quid aliud petit cùm ſibi legem poni petit, niſi vt in ea magis magíſque proficiat? qui vtique legem ſecundum literam nouerat: ſed quia litera occidit, ſpiritus viuificat, o-

rat, vt per ſpiritum faciat, quod per literam ſciebat.

INTERROGATIO XXXVII.

Cùm Paulus in epiſtola ad Timotheum prima, mulieres in Eccleſia tacere præcipiat, dicendo: Docere autem mulieribus non permitto: quomodo ad Titum ſcribens docendi fœminis tribuat poteſtatem, id eſt, vt bene docentes ſint, & prudentiam doceant? 1. Tim. 2. Tit. 2.

RESPONSIO.

Quæ ita à maioribus ſoluuntur, vt cõtraria ſibi nullo modo videantur. Sic enim intelligendum eſt, Vt in viros fœminis ſit doctrina ſublata, cæterùm adoleſcentulas doceant, quaſi filias ſuas. Et ideo quum mulieres iubet Apoſtolus, vt bene docentes ſint, & prudentiam doceant: docere quidem illis permiſit, ſed fœminas, non viros: & hoc non in Eccleſia ſed priuatim, vt non ſit præcepto illi ſuperiori contrarium, quo iubet vt mulieres in Eccleſia taceant.

INTERROGATIO XXXVIII.

Cùm Apoſtolus de Deo dicat, Qui lucem habitat inacceſſibilem, quem vidit nullus hominum ſed nec videre poteſt: quomodo pſalmiſta dicit, accedite ad dominum, & illuminamini? Quomodo 1. Tim. 6. Pſal. 33.

ergo accedēdo illuminamur, ſi ipſam lucem, quā illuminari poſſumus, non videmus? Si verò accedendo ad eum, ipſam qua illuminamur lucem videmus, quomodo inacceſsibilis eſſe perhibetur?

RESPONSIO.

Qua in re penſandum eſt, quòd inacceſſibilem dixit, ſed homini, ſed humana ſapiēti. Scriptura quippe ſacra omnes carnalium ſectatores, humanitatis nomine
1.Cor.1. nominare ſolet. Vnde de eiſdem Apoſtolus quibuſdam diſcordātibus dicit: Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio, nō
Eſa.64. ne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Quibus paulò pòſt ſubiicit: Nónne homines eſtis? Et vnde aliàs teſtimonium protulit, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe: & cū hoc hominibus dixiſſet abſconditum, mox ſubdidit: Nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum: ipſum ſe ab hominis vocatione diſcernens, qui raptus ſupra hominem, diuina iam ſaperet. Ita etiam hoc loco, quum lucem Dei inacceſsibilem perhibet, vt oſtenderet, quibus, ſubdidit: Quem vidit nullus homi-

num,ſed nec videre poteſt,more ſuo homines vocans,omnes humana ſapientes quia,qui diuina ſapiunt, videlicet ſupra homines ſunt.

INTERROGATIO XXXIX.

Cùm Paulus Timotheo præcipiat,dicens: Noli verbis contendere:quomodo quaſi econtrario vi 2.Tim.2.
detur Tito iterum præcepiſſe,in loco illo,vbi qualis debet eſſe epiſcopus,inſtituit,dicens: Vt potens ſit in doctrina ſana,& contradicentes reuincere? Tit.1.

RESPONSIO.

Hæc duo quæ videntur contraria, quam differentiam habeant,in libris ſancti Auguſtini de doctrina Chriſtiana,ſic inueniuntur expoſita: ait enim, hoc ipſum teſtimonium Pauli ponens, Noli verbis contendere, Ad nihil enim vtile eſt,niſi ad ſubuerſionem audientiũ. vbi ſtatim ſubiunxit: Nec enim hoc ideo dictum eſt, vt aduerſariis oppugnantibus veritatem, nihil nos pro veritate dicamus. Et vbi erit, quod cùm oſtenderet qualis eſſe epiſcopus debeat? Ait inter cætera,vt potens ſit in doctrina ſana, &

contradicentes redarguere, verbis enim contendere, eſt non curare quomodo error à veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius. Porrò qui non verbis contendit, ſiue ſubmiſſè, ſiue tēperatè, ſiue granditer dicat, id agit verbis vt veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat. Cùm ergo contra veritatem contēditur, vanitatis eſt vitium. Cùm autem miniſter verbi Dei potens eſſe iubetur doctrina ſana, vt contradicentes reuincantur, ſpiritualis doctrinæ eſt magiſterium, quo veritati, non vanitati ſeruitur.

INTERROGATIO XL.

[1].Tim.4. *Quomodo Paulus Timotheū admoneat, Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina: cùm econtrario Tito præcipiat, Argue cum omni imperio?*

Tit.2.

RESPONSIO

Quid eſt quòd doctrinam ſuam tanta arte diſpenſat, vt ex his duobus alteri imperium, atque alterius patientiam præponat, niſi quòd manſuetioris ſpiritus Titum, & paulò feruentioris vidit eſſe Timotheum, illum per æmulationis ſtudium inflammat, hunc per lenitatem

patientiæ temperat?

INTERROGATIO XLI.

Cùm in epiſtola ad Hebræos ſcriptū ſit, Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius: quomodo Dominus mala Sodomorum increpaturus, quaſi ignorans de eis dicere videtur, Deſcendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere cōpleuerint, an non eſt ita vt ſciam? *Heb. 4.* *Gene. 18.*

RESPONSIO.

Vt nos author vitæ noſtræ à præcipitata ſententiæ prolatione compeſceret, cū omnia nuda & aperta ſint oculis eius, mala tamen Sodomorum noluit audita iudicare, qui ait: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: Deſcendā & videbo, vtrum clamorē qui venit ad me, opere cōpleuerint, an nō eſt ita, vt ſciam. Omnipotens itaque Dominus, & omnia ſciens, cur ante probationem quaſi dubitat, niſi, vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominū ante prȩſumamus credere, quā probare? Ecce per angelos ad cognoſcēdū mala deſcēdit, moxque facinoroſos percutit *Ibidem.*

atque ille patiens, ille mitis, ille de quo ſcriptum eſt, Tu autem domine cum trā quillitate iudicas. ille de quo rurſum ſcriptum eſt, Dominus patiens eſt redditor, in tāto crimine inuolutos inueniens, quaſi patientiam prętermiſit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, ſed eos igne iudicij ante iudicij diem præuenit. Ecce malum, & quaſi cum difficultate credidit, cùm audiuit: & tamen ſine tarditate percuſſit, cùm verū cognoſcēdo reperit, vt nobis videlicet daret exemplum, quòd maiora crimina, & tardè credenda ſunt cùm audiūtur, & citiùs punienda ſunt cùm veraciter agnoſcuntur.

INTERROGATIO XLII.

Iacob. 2. *Quomodo Iacobus dicat, Fides ſine operibus mortua eſt: quum econtrario Paulus videatur di*
Roma. 4. *cere, Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impiū, reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſecundum propoſitum gratiæ dei, ſicut & Dauid dicit, beatitudinē hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus?*

RESPONSIO.

Si iuxta Iacobum fides ſine operibus mortua eſt, quomodo conſequens eſt,

iuxta quod Paulus ait,vt fides ſine opere iuſtificet impium?ſed hæc diligenter conſiderata, non erunt ſibi contraria. Illos quippe iuxta Paulum fides ſine opere ſaluat,quos fides Chriſti primùm ab infidelitate diſſociat, vtique ſine bonis præcedentibus meritis. Si quis in Chriſtũ crediderit,remiſſis iniquitatibus cunctis,poteſt per ſolam fidem ſaluari. Deinde ſi iã credens, & veraciter ſacramenta Chriſti percipiens,bona operari refugiat, huius fides iuxta Iacobum mortua eſt. Ergo quod Paulus dicit, ſine opere ſaluari poſſe credentem: de illis vtique dixit, quos fides primũ credituros acceperit,quibus vtique non imputatur peccatum anteactum, quòd baptiſmatis vnda deletur. Nam quod fidem mortuam ſine opere dicit,de illis vtique loquitur, qui poſt acceptam fidem ſaluari ſe poſſe ſine operibus iuſtitiæ credunt:initium nãque iuſtificati à deo,fides eſt, qui credit in iuſtificantem.& hæc fides cùm iuſtificata fuerit,tanquam radix imbre ſuſcepto hæret in animo ſolo, vt cum lege Dei excoli cœperit,ſurgant ex ea rami, qui fructus bonorum operum ferunt. Non ergo ex operibus radix iuſtitiæ, ſed opera ex ra-

dice iuſtitiæ quam Deus accepto fert etiam ſine operibus. In hoc quoque capitulo Pauli apoſtoli, quo ait, Ei verò qui non operatur, credēti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam: ita vt quidam doctor ediſſerēs, dicat: Conuertentem impium per ſolam fidem iuſtificat Deus, non per opera bona, quæ non habuit, alioquin per impietatis opera fuerit puniendus. ſimul attendendum, quia non peccatorem iuſtificari per ſolam fidem, ſed impium, hoc eſt, nu per credentem aſſeruit, ſecundum propoſitum Dei, quo propoſuit gratis per ſolam fidem peccata dimittere.

INTERROGATIO XLIII.

1. Petr. 1. *Quomodo Petrus de Deo dicat, In quem deſiderant angeli proſpicere: cùm in Euangelio Chriſtus dicat: Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui eſt in cœlis?* Matt. 18

RESPONSIO.

Nunquid aliud veritas, aliud prædicator inſonat veritatis? Sed ſi ſententia vera quæ confert, quia ſibi nequaquam diſcordet, cognoſcitur. Deum quippe angeli & vident, & videre deſiderant, vt

effe-

effectu ſui deſiderij minimè defrauden tur. Deſiderium ſine fructu anxietatem habet, & anxietas pœnam. Beati verò angeli ab omni pœna anxietatis lõgè ſunt, quia nunquam ſimul pœna & beatitudo conueniunt. Rurſus cùm eos dicimus Dei viſione ſatiari, quia & pſalmiſta ait, Satiabor dũ manifeſtabitur gloria tua: conſiderandum nobis eſt, quomodo ſatietatem ſolet faſtidium ſubſequi. Vt ergo rectè ſibi vtraque conueniant, dicat veritas, quia ſemper vident: dicat prædicator egregius, quia ſemper videre deſiderant. Ne enim ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes ſatiantur: ne autem ſit in ſatietate faſtidium, ſatiati deſiderant. & deſiderant igitur ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur: & ſatiantur ſine faſtidio, quia ſua ſatietas ex deſiderio ſemper acccenditur.

INTERROGATIO XLIIII.

Quomodo Ioannes in epiſtola ſua de dilectione ſcribens, dicit: Dilectiſſimi, non mandatũ nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus: cùm dominus in euangelio dilectionem ipſam, mandatum nouum appellet, dicens: Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis? *1. Ioan. 2.* *Ioan. 13.*

RESPONSIO.

Quod mandatum vetus dixit: quod habebatis, inquit, ab initio. Ideo ergo vetꝰ, quia iam illud audiſtis: alioquin contrarium erit domino, vbi ait: Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis: ſed mandatum vetus, quod habebatis ab initio, mãdatum vetus, verbum quod audiſtis. Ideo ergo vetus, quia iam audiſtis, & ipſum nouum contendit dicens iterum? Mandatum nouum ſcribo vobis, non alterum, ſed idem ipſum, quod dixi vetus, idem eſt nouum. quare quod eſt verum in ipſo, & in nobis. Iam quare vetus audiſtis? quia iam illud noueratis. Quare autem nouum? quia iam tenebræ tranſierunt, & lux vera iam lucet. Ecce vnde nouum, quia tenebræ ad veterem hominem pertinẽt, lux verò ad nouum: quod dicit Paulus apoſtolus. Exuite veterem hominem, & induite nouum. Et iterum: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

INTERROGATIO XLV.

1. Ioan. 5. *Quomodo Ioannes dicat, Omnis qui natus eſt ex Deo, non facit peccatum, quia ſemen eius in ipſo manet, & non poteſt peccare: cùm econtra*

dicat: Si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipſos ſeducimus? 1.Ioan.1.

RESPONSIO.

Quod eſt hoc peccatum, niſi facere cō tra mandatum, quæ Chriſti dilectio vocatur? Nam non generaliter ſecundum omne peccatum eſt dictum: quia ſi omne peccatum intellexerimus, contrariū erit huic ſententiæ, quę dicit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus. Ergo quod dicit, Qui natus eſt ex deo, non facit peccatum: id eſt, non habet in fratre odium, nec poteſt peccare, quia non facit contra dilectionem, hoc autem quod dicit, Si dixerimus, quia peccatum non habe mus, de generalibus peccatis licet intelligi.

INTERROGATIO XLVI.

Quomodo Apoſtolus dicat, Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem: & contra pſalmiſta, Timor domini caſtus permanet? 1.Ioan.4 Pſal.18

RESPONSIO.

Quomodo perfecta charitas foras mit tit timorem, ſi timor domini caſtus permanet in ſeculum ſeculi? Eſt ergo timor ſeruilis, eſt & timor caſtus. timor ſeruilis eſt, ne patiaris pœnam: timor caſtus, ne-

amittas iuſtitiam. Ergo quòd Apoſtolus dixit, de ſeruili timore egit. Quod autẽ pſalmiſta loquitur, de caſto illo timore, æuo quo in æternum domino copulabimur, ſentiendum eſt.

INTERROGATIO XLVII.

1. Ioan. 5. *Cùm Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua dicat, Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: quomodo*

Eſaiæ 1. *Eſaias ex voce Domini dicit, Filios genui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me?*

RESPONSIO.

Si non peccat qui ex Deo naſcitur, quomodo ſpreuerunt Dominum, qui ex ipſo vtique geniti memorantur? Vnde apparet, quia melius eſt iuxta Hebraicam tranſlationem legere, Filios enutriui quàm genui, ne videatur illi dicto, quòd in Ioãnis epiſtola legitur, eſſe contrariũ. Omnis qui natus eſt ex deo, non peccat. Ergo ſi nati ſunt ex deo, quomodo peccare potuerunt, cùm omnis qui ex Deo natus eſt, peccare non poſſit?

INTERROGATIO XLVIII.

Cùm in Actibus Apoſtolorum ſcriptũ

Actu. 1. *ſit, quòd dominus poſt reſurrectionem ſuam quadraginta dies cum diſcipulis cõmoratus ſit: quomodo tam contrariè eiſdem diſcipulis in Euan*

gelio idem dominus dicit, Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum? *Lucæ 2.*

RESPONSIO.

Neque enim cum ipſis non erat, quibus præſens corporaliter apparebat: ſed tamen iam ſe eſſe cũ ipſis denegat, à quorum mortali corpore carnis immortalitate diſtabat.

INTERROGATIO XLIX.

Cùm pſalmiſta dicit, Omnis homo mendax: *Pſal. 115.* *ei reſpondere poteſt: Si omnis, & tu: falſáque tũ erit ſententia, quam mendax ipſe protuliſti. Si verò ipſe non mendax, vera iam ſententia non erit: quia dum tu verax, non omnis homo cognoſcitur mendax.*

RESPONSIO.

Sed notandum quod præmittitur, Ego dixi in exceſſu mentis meæ. Per exceſſũ ergo mentis, etiam ſemetipſum tranſiit, cùm de hominis qualitate definiuit, ac ſi patenter dicat, de falſitate omnium hominum, inde veram ſententiam protuli, vnde ego ipſe ſuper hominem fui: intãtũ verò & ipſe mẽdax: inquantũ homo. Intantum autem omnino non mendax

inquantum per exceſſum mentis ſuper hominem.

INTERROGATIO L.

Apoſtolus qui Corinthiis virgam minatur,
1.Cor.4. *quomodo ad Galatas ſcribit, vt corripiant delin*
Galat.6. *quentem in ſpiritu lenitatis?*

RESPONSIO.

Corinthij poſt peccatum non ſentientes errorem ſuum, nolebant pœnitentia corrigi: inde eis virgam minatur. Vbi verò peccator intelligens vulnus ſuum, tradit medico ſe curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis.

Interrogationum & reſponſionum de veteri teſtamento & nouo,

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

IN LIBELLVM DE PARTIBVS DIVINAE LEgis index, ſummam rerum compendioſè amplectens.

De abortiuorũ ſtatu & merito quęſtio dubia. 25
Ad Abrahã frequẽs dei allocutio, & quaſi cõuictus. 26
Acceptatio in his qui ante Abrahã nõ oſtẽditur, ſed iuſtitia. 26
Acceptatio ſeu vocatio quid ſit. 25
Acceptationũ ordine deſcriptio. 25 & 26
Allegoria quot modis diuina lege cognoſcitur. 7
Angelica guberna tio quomodo fit. 23
Angelos alio mõ, alio hoĩes erudiri. 21
Anima hominis ſola ex nihilo poſt primum diem facta. 17
Arbitrio libero abutentes, pœnæ cauſa ſibimet exiſtunt. 37

B

Bibe aquam de tuis vaſis, quomodo ſit intelligendum. 7

C

Chriſtus abſolutè dictus qui. 12
Chriſtus quibus modis vitam fut

ram docuit. 26
Chriſtus ex tribu iudæ carnẽ ſumpſit. 26
Chriſti vocati ſunt nonnulli. 12
Creationis rerum omnium ordo deſcribitur. 17
Creatura cœleſtis creaturas terrenas prę ceſſit. 17
Creaturæ corporeæ ex aliquo, & ex ipſis aliqua, incorporeę verò contrá. 19
Creaturæ quædam aliis indigent, non ad vtilitatem ſed ad ornatum, & quæ. 18
Creaturæ ſex primis diebus factæ, non naturaliter prouenerunt. 17
Creaturæ ex aliquo factæ ſextuplici materia cõſtant. 19. ex terra, aqua, igne, aëre, lumine, coſta. ibid.
Creaturarum, aliæ rationales, quædam verò vſui ſunt tantùm, quædã naturæ neceſſitate obſequuntur. 19
Creaturarum quædã ſex diebus receperunt ornatum, quædam donec mundus viuit, & quædam in futuro recipient. 18
Creaturarum aliæ mouentur voluntate & ratione, aliæ natura tantum. 19
Creaturarũ quædã ſimul & velut ſubitò creata emerſerunt, quędã verò non. 18
Creaturarum quædam ex nihilo, quædã ex iam factis primo die. 17

Creaturarum quędam propter ſe, quędã propter alias factæ ſunt. 18
Creaturis accidentia quæ ſunt. 24
Creaturas rationales exerceri hoc ſeculo in dubiis. 36
Creaturis cunctis prudentiam quandam creator indulſit. 24

D

Deus ex collatione ad creaturas duobus modis ſignificatur. 14
Deus voluntate non neceſſitate operatur vt entia naturalia. 13
Deus quibus modis ſignificatur. 10
Deus cur bonus & ſapiens dicatur. 13
Deus quod requieuerit ſeptimo die, quo modo intelligendum. 20
Deus quomodo mundum fecerit, quærere temerarium. 20
Dei voluntatis & eſſentiæ nulla eſt differentia. 13
De deo affectus dicũtur animi humani, & etiam operationes humanæ ad eum transferuntur. 14
De deo & creaturis quæ dicantur diuerſis rationibus. 14
De deo quædam dicuntur, quæ de creaturis dici non poſſunt. 14
Deo ſoli ſex vocabula conueniunt. 10

Deo nihil eſt accidens. 13
Ad Deũ quatenus creator eſt, quæ vocabula pertinent, aut quatenus prouidet, præparat, &c. 13. & his vocabulis ſignificatur diuina operatio. ibid.
Dij & domini multi. 10
Diſcretio naturalis pro lege probatur. 21
Diuinitatis perſonas ſiue ſubſiſtentias, quot modis ſcriptura ſignificat. 10 & 11
Doctrina ſimplex quid commune cum cæteris ſpeciebus habet. 8
Doctrina ſĩplex quę eſt & quare hoc nomẽ accepit, & qui libri ad eã ptinent. 7
Ad Doctrinam ſimplicem qui libri adiũguntur. 18

E

ENέργεια diuĩitatis, ſeu efficiẽtia quot ſpeciebus ſignatur. 13
Eſſentia diuina quot modis ſignificatur. 10. & quibus verbis ibidem.
Eua cur ſic appellata. 29

F

Fœlicitas cur malis in hoc ſeculo, & pœna ſeu aduerſitas bonis inferatur. 25. Fides, ſuper ratione eſt, non tamen ab ea diſſentit. 37
Figura ſeu typus quid. 27
Filius quot modis ſignificetur. 11

de Filio cur ſcriptura quinque modis loquitur. 12
de Filio dictum: pater futuri ſeculi, quomodo intelligitur. 11
Filij perſona duobus modis ſolet ſignificari. 12
Fœmina diuino præcepto viro ſubdita. 28

G

GEntium fides vt quid religionem ſequitur. 26
Grata gratis præfigurata. 27
Grata mœſtis ſignificata. 28
Gratia ſpirituſſanctus dicitur. 12
Gubernatio p homines quomodo fit. 23
Gubernatio creationis oībus cōuenit. 24

H

HIſtoria quid ſit. 4
Hiſtoria diuina in quibus libris continetur. ibid.
Hiſtoria quid propriū, & quid cū cæteris ſpeciebus dicendi cōmune habeat. 5
ad Hiſtoriam diuinam qui libri adiunguntur. ibid.
Homo ſolus ex vtroque, nempe ex nihilo & aliquo iam exiſtenti factus. 17

I

INcorporeum, in creaturis, non ſicut in Deo accipiendum. 2

Ignis ex ſcriptura probatur factus, an verò ex nihilo dubitatur. 19
Iudæ tribus cur benedictione pręcelluit 26
Iudæi vnde dicti. ib.

L

LEx per opera in quatuor ſpecies diuiditur. 21
Lex ꝑ verba in duas ſpecies diuiditur. 22
Lex extrinſeca ĩ duas partes diuiditur. 21
Legis diuinæ ſcientia in quot partes diuiditur. 4
Leges aut pręcipiũt aliquid, aut vetãt. 22
Legiſlatio in duas partes diuiditur. 21
Legiſlationis intentio quæ. 22
Legiſlationis intentio in diſcretione boni ac mali. ibid.
Libri inter canonicas ſcripturas non currentes qui, & quare. ib.
Libri noſtræ religionis probantur diuina inſpiratione conſcripti. 37
Librorum diuinorum quomodo conſideratur authoritas. 8
Quorum librorum ignorantur authores. 9
Librorum diuinorum ſcriptores qua ratione cognoſcuntur. 8
Luminaria quare deriuatiua dicta ſũt. 17

M

MOeſta gratis figurantur. 28
Mœſta mœſtis præfigurata. 28
Moſes ordine ac ſpecie ſcripſit hiſtorica. 4
Mundi gubernatio generalis & ſpecialis. 20
Mundi gubernatio generalis duplex. 20.21.
Mundi gubernatio ſpecialis, aliquando per Deum, per angelos, per prophetas, per beſtias facta eſt. 22

N.

NAbuchodonoſor viſiones quid referunt. 31
Naturæ diuinæ nihil accidit, & quare. 24.

P.

PAter quod modis ſignificatur. 11
Prę̨ceptum immutabile & temporale. 22. vtrunque duplex. Ibidem.
Præcepta vtilia & neceſſaria quæ. 22
Præcepta quædam corporalia, quædam ſpiritalia. 23
Præcepta quædam veteris, quædan noui ſpeciatim, quædam vtriuſque. 23
Præceptorum quorundam tranſgreſsio punitur, aliorum non, & aliorum eſt

laudabilis. 23

Prçceptorum quçdam ad fidem,quçdam ad mores. ibidem.

Prædictio & eius accidentia. 29

Prædictiones de Gentibus pro populo. 31

Prædictiones de gentiũ vocatione quot modis poſitas accipimus. 33

Prçdictiones ſub lege,& ante legem. 28

Prçdictiones quibus conueniunt. 32

Prædictionũ effectus qui, & quot habẽt tempora. 36

Prçdictionum ſpecies ſub gratia factarũ quot. 34.35

Prçdictionũ modi in Chriſto quot ſunt. 31.32

Prçdictionum ſpecies ſub lege quot. 29. 30.31

Propheta non eſt qui cognita,licet futura dicit. 5

Prohetç veri qui. ibidem.

Prophetia quid eſt. ibidem.

Prophetia in quibus libris ſuſcipitur. 6

Prophetiç & typi differentia. 27

Prophetiæ quid commune cum cæteris. 6

Prouerbiis quid commune cum cæteris, & quid proprium. 7

Prouerbialis ſpecies quæ & in quibus libris accipitur. 6

R.

RAtionis & fidei coniunctio, 37

Rationalium doctrina in hoc ſeculo duobus modis peragitur. 36

Res naturales quo pacto naſcantur. 17

Res quæque percipitur ex effectu. 26

S.

SEculum præſens cur factum. 36

in ſeculi creatione quæ primum facta ſunt. 16

Seculi generationem tribus modis ſcriptura ſignificauit. ibidem.

de Seculo præſenti quid ſcriptura ſignificat. ibidem.

ad Seculum futurum pertinentia quæ. 24

Scriptura ſacra quæ docet nos. 9

Scriptura quot ſignificationibus de Deo loquitur. 10

Scripturarum ordo quis. ibidem

Scripturæ diuinæ quot ſunt modi. 9

Species dicendi in ſacra ſcriptura. ibidem.

Specialis gubernatio triplex 21

Spiritus ſancti perſona, quot modis ſignificatur. 12

T.

TEſtamenta duo in filiis Iſaac monſtrata ſunt. 27
Trinitatis indicium. 29
Trinitatis perſonę quid habent commune, vel proprium. 12
Trinitatis perſonæ quòd ſunt, non quid ſunt tribus vocabulis ſignificatur. 13
Typus quid. 27
Typum Adæ gerunt catechumeni. 27
Typum gerit veſtis Aaron. 27
Typi & prophetię differentia. 27
Typi veteris teſtamenti nouum reſpiciunt. 27. Nouum teſtamentum beatitudinem. ibidem.
Typorum vel figurarum modi. 27
Typi accidentia quæ. 28

V,

VOluntas quid ſit. 24
Voluntatis accidentia quæ. 24
Voluntatis euentum conſequentia quatuor. 24.25.
Voluntaria vis an ſit naturalis, an ſpontanea. 24

FINIS.

IN COMMENTARIUM IVNILII IN GENEſin, rerum memorabilium Index.

A

ABel protomartyr corpore ſepulchrum, anima vitam æternã intrauit. 71

Abyſſus quãdo fuerit. 44

de Adam, ſubſtantia carnis Chriſti ſumpta. 59

Adam in æternum iuſtus, ſanctus & verus futurus erat. ibidem.

Adam quomodo creatus. ibidem.

Aedificauit, quomodo accipiendum. 45

Aetas mundi prima, ſecunda, tertia, 68. quarta, quinta, 68. ſexta, 69. ſeptima. 71

Aetas octaua ampliore lætitia perficietur. 71

Aetas ſeptima triſtitiã nullã habebit. ibi.

Aether firmamẽtum cœli appellatus. 56

Aether ſuperiora ſpacia poſt aërem occupans. 50

Aër, cœlum appellatus. 53.57

Aër exhalationib⁹ aquarũ pingueſcit. 55

Aër noctibus ſerenis rorat. ibidem.

Aër pingueſcit, vt auium volatus ſuſtineat. ibidem.

Aër propter vicinitatem, cœli nomen quandoque accipit. ibidem.
Agnus lucerna cœli. 41
Angeli. ibidem.
Angeli & ſociorum eius prꝗuaricationis quare non mentio facta. 43
Angeli cœlorũ, ex viſione Dei creati. ibi.
Angelis habitaculum, ſuperior regio. 47
Angelorum creatio & conditio. 40
Angelos cum Patriarchis manducaſſe, quid. 63.64
Animam motabilem dici, & quare. 56
Animalia bina, immunda. 47
Animalia in terris degentia, è mari naſſcuntur. 56
Animãtia cętera, qua cõditiõe facta. ibi.
Animantia non ſingula, ſed plura Deus creauit. 61
Animantium à principio, quæ vita fuerit. 63
Appellauit, quomodo intelligendum. 45
Aqua quomodo ſuper cœlum conſiſtere poſsit. 46
Aquæ, congregatione ſpiſſatæ. 48
Aquæ cum cœlo & terra. 41
Aquæ cryſtalli ſoliditate diſtentę. 47
Aquæ fixę & erectę argumentum. 46
de Aquis firmamentum factum eſſe, cre-

dibile. ibidem.
Aquę in omnes cœli terręq́ue partes diſperſę. ibidem.
Aquæ in principio rariores. 44
Aquę in quantam altitudinem aſcẽdentes. 42
Aquę non ad omnia factę. 41
Aquę nunquam deſinẽtes laudare nomẽ Dei. 42
Aquę primarię maiores. 48
Aquæ vbi congregatæ. ibidem.
Aſtra matutina & veſpertina quę. 40
Aues quare ſecundum firmamentum volare dictæ. 56
Aues quomodo ſub ſidereo cœlo. 55
Aues viris ſanctis obſequiũ pręſtitiſſe. 62

B.

BAbylon, aquarum nomine deſignatur. 68. 69
Benedictio diei ſeptimi, quid portẽderit. 67
Benedictio & ſanctificatio nõ opus nullum. 65
Benedictio prima, typus maioris benedictionis. 67
Benedictio prima in lege plenius expreſſa. ibidem.
Beſtiarum nomine quę comprehenſa. 57

C.

CAro Adæ quomodo immortalis creata, 63
Caro humana poſt reſurrectionem qualis futura. ibidem.
Caro quaten⁹ incorruptibilis & immortalis. ibidem.
Chriſtus quomodo creatus. 59
Chriſtus ſecundus Adam. ibidem.
Cœli nomine omnem ornatum & ſtatũ creaturæ ſpiritualis & inuiſibilis comprehendi. 43
Cœli noſtri, in quo ſidera, creatio. 46
Cœli ſuperioris omnia perfecta. 43
Cœlo ſuppoſitæ & ſuperpoſitę aquæ. 46
Cœlum & terra tanquam domus vna. 46
Cœlum firmamentum aquarum. 46
Cœlum quale. 40
Cœlum quid conditor appellauit. 47
Cœlum ſecretum à mundi turbulentia. 49
Cœlum ſuperius inacceſsibile conſpectui humano, inane, angelorum agminibus impletum, non vacuum. 40.41
Cœlum ſidereum in medio aquarum. 46
Connubio honorabili peccatum non ineſſe. 58

Conſilio excellenti facta creatura quæ. ibidem. 60
Corpus quatenus animæ rationali congruat. 60
Creatio rerum non exceſsit præſcriptos terminos verbi Dei. 47
Creaturæ quæ per quatuor dies factæ. 47
Creaturis ex tempore, nō bona & perfecta conditio. 43
Cryſtallinus lapis, vnde factus. 46

D.

DAuidis imperium. 69
Dei filij. 40
Dei & angelorum non eadē imago. 40
Dei populus antiquus. 53
Deo facienda & facta placebant. 54
Deo placuiſſe fieri poti⁹ quàm facta. 47
Deum ante tempora extitiſſe. 39
Deum cœlum & terram condidiſſe vnigenito filio. 40
apud Deum purus intellectus, ſine linguarum ſtrepitu. 45
Deū requieuiſſe, quomodo accipiēdū, 66
De⁹ ab æterno in ſe requiē habēs. ibidē.
Deus cœlum illuminat. 41
Deus ęquus exiſtimator vniuerſitatis. 49
Deus in corde hominis quiet⁹ manēs. 67

Deus iuſtiſsimus peccantium ordinator.
Deus lucem inacceſsibilem habitat. 43
Deus lux vera. ibidem.
Deus menſura, numero, & pondere omnia conſtituit. 64
Deus non corporeo vocis ſono ad creandum vſus. 43.44
Deus non indiguit mora temporum ad creationem. 39
Deus quare hominem non bonum priuatim dixerit. 64
Deus quare in paradiſo deambularit. 68
Deus quę facienda erant, quaſi perfecta laudat. 49
Deus requieſcit cum ſanctis ſuis in ęternum. 71
Deus ſanctos in æternum benedicit. 66
Deus ſola bonitatis ſuę cauſa fecit omnia. ibidem.
Dierum numerus & menſura, quę. 65
Dies mundi primus, ſecundus, tertius. 68 quartus, quintus 69. ſextus, ſeptimus. 70
Dies quarta in creatione mũdi, quid portendat. 54
Dies ſepulturę Chriſti præſignatus per diem ſeptimum. 67
Diuina virtus, poteſtas. 42

Diuinę benedictionis ſermo. 61
Diuinę virtutis celeritas. 39
Diuinum munus, ſidera cum luce ſimul tempora diſcernere. 50
Doctrina veritatis quando emicuit. 59

E.

ECcleſia mater omnium vera vita uiuentium. 70
Eccleſię ſacramenta. ibidem.
Electi dei propter tribulationes in errorem inducentur. 71
Elementa amplioris ornatus. 50
Elementa quę cum cœlo creata, 41
Elementorum inter ſe cognatio. 55
Errantia ſidera in æthere ferri. 56
Exiguitatis ſolis & lunę indicium. 52.53
Exordium vniuerſorum vnde. 42
Euę nomen quid ſonet. ibidem.

F.

FActa vt manerent, deo placuiſſe. 54
Fiat, quomodo intelligendum. 46
Fides vbi reueletur. 59
Filius deus nō minor patre deo. ibidem.
Filio dei non minor Spūs ſanctus. ibidē.
Filius iniquitatis quādo extollitur ſuper omne, quod dicitur deus. 70.71
Firmamentum, antiquius cœli nomē. 47
Firmamentum ſuperior mundi pars. 50

Formæ rerum imperio Dei obtemperãtes. 49

G.

GEminatio cum additione, confirmationis gratia. 60
Gẽtium error circa ſimulachra. 69

H.

HEbraicæ veritatis obſeruatio. 47
Hebręi, quid maria. 49
de Homine quid repetitum. 58
Homines reprobi ſerpentibus comparati & beſtiis. 70
Homines immortales, æquales angelis Dei. 63
Homini nouo, quid faciendum. 59
Hominib⁹ habitaculũ, inferior regio. 48
Hominis ad deum comparatio. 44
Hominis erecta ſtatura quid ſignificet. 60
Hominis proficientis affectio, quo ſignificata. 42
Homines ſancti quãdo creãdi fuerint. 40
Homo animantibus inſenſatis comparatus. 60
Homo nouus qui. 59
Homo perpetua incommutabilitate beatus, qui. 56
Homo quando creatus. 58. 65
Homo quomodo ad imaginem dei crea-

tūs. 59.60
Homo quorſum creatus. 60
Homo quomodo dominium in animalia perdiderit. 62
Homo quatenus imaginem Dei in ſe habeat. 61
Humana fragilitas quid operetur. 39
Humana turbulentia requiē in operibus Dei ſolùm quærit. 66
Humanum genus Dei benedictione creſcere. 61
Humanus ſenſus ſæpe bonis rebus offēditur. 54

I

IEſum tanquam agnum, quocunque ierit, viginibus ſequendum. 62
Ieſus, cur poſt reſurrectionem manducarit cum diſcipulis. 64
Ignem terræ inſitum eſſe. 41
Immortalitas alia carnis primi Adam. 63
Immortalitas alia carnis per reſurrectionem Chriſti. ibidem.
de Inferioribus creaturis. 42
Informis materies quæ. ibidem.
Iſraël agnum immolat. 54
Iſraëlitica gens fidem patriarcharum neglexit. 69
Iſraëlitica gens ſeruitio depreſſa, & ab a-

lienigenis gladio deleta. ibidem.
Iſraëlitici populi tranſitus. 46
Iudaicus populus claritate conſpicuus, quando. 69
Iudæi in Babyloniam abducti. ibidem.
Iudæi in Babylone aucti. ibidem.
Iudæi piſcibus & cœtis marinis comparati. ibidem.
Iudæi Romanis tributarij. ibidem
Iudæorum reges deo authore dati. 69
Iudæorum regnum euerſum. ibidē.
Iudæorum templũ incenſum. ibidē.

L

LInguarum confuſio. 68
Lōgè poſita, breuiora oĩa videri. 52
Lucifer ĩ cœlo, & ĩ cœlũ aſcēdēs. 40
à Luce incipere, cong ruens erat operib' dei. 43
Lucē non prius incognitā deus laudauit, ſed laudabilem declarauit faciendā. 43
Lucem quorſum induxerit deus. 47
Lumen diurnũ, quale ante creationē. 52
Lumina huic ſeculo neceſſaria. 51
Luminaria opportunis ſolũ temporibus terram illuſtrant. ibidem
Luminaria vitę vſibus neceſſaria. ibidē.
Luna quare ſoli æqualis appareat. 52
Lunæ circuitus anno ſolari congruens. 53

Lux formatrix tenebrarum. 52
Lux quando facta. 44
Lux ſuperiore parte humanæ conuerſationi accommoda. ibidem.

M

Maledictione digni prohibẽtes nubere. 61
Mandata dei. 63
Mane pro die. 45
Maria multa, quomodo in vnum locum congregata. 48
Maris nomine,gentes idolatræ ſignificatæ. 69
Maſculum vnũ,& fœminam vnam deus creauit. 61
Matrimonium à deo inſtitutum. 61
Menſura cuiq; rei à deo conſtituta. 54
Mũdi machina in duas diuiſa regiões. 47
Mundus ante creatum ſolem nihil caloris habuit. 52
Myſteria agni typici. 54
Myſtica benedictio diei ſeptimæ. 65

N

Nationes oblitæ irę & miſericordię dei turres ædificarunt. 68
Natura aquarum. 46
Nautarũ machinatio ad lucem in aquis reddendam cum oleo. 44

Nautæ quæ ſigna obſeruant. 51
Noë arca. 47
Nox quoque creatione illuſtrata. 50
Numerus duplex, nuptiarũ fœdera ſignificat. 47
Numer⁹ duplex quaten⁹ nõ bonus. ibid.
Numerus ſenarius perfectus. 64
O
OMnia diſtincta & ornata quarẽ. 45
in Operibus ſecundi diei, placuiſſe non adeò diſertè additum. 47
Ordines fidelium diſcreti. 69
Ordo mutatus verborum repetitæ ſententiæ. 57
Ordo creationum. 50
Ordo tẽporũ null⁹ ante orta ſidera. ibid.
P
PAſchæ celebrationis tempora. 53
Patriarcharũ ſemen diremptum à ſocietate gentium. 69
Perfectio rerum non ex cõſummatione, ſed prædeſtinatiõe volũtatis dei. 49
Pietas fidelium vnde formanda. 54
Plenitudo imaginis Dei in quo. 70
Populus Dei in AEgypto. 54
Principium filius Dei intelligitur. 43
Protoplaſti peccando fœlicitatem perdiderunt. 68

Q

QVæſtio de animantibus aquarũ. 58
Queſtio, cur homini dominat⁹ in animalia conceſſus. 62
Queſtio, cur poſt hominis creationẽ, nulla approbatio diſerta Dei addita. 64
Queſtio, quomodo immortalis homo factus ſit cum terreno alimento. 63
Quæſtio, de tranſlationis fide. 65

R

RAdij quando nuſquã ardebant. 51
Reges Iudęorũ & Iſraëlis cum populo deleti. 69
Regũ Iudæorum imperium. Ibidem
Reptilium nomine comprehenſa. 57
Reſurrectionis gloria. 71
Reſurrectionis filij quomodo immortales. 63

S

SAbbatiſmus animarũ ſanctarum. 71
Salomonis locus. 56
Sãcti mũdis animalibus cõparati. 70
Sanctis quę requies vnica & maxima. 66
Sanguis Chriſti præſignatus victimis in lege 67
Scriptura accommodata ad intellectum noſtrum 45
Scriptura ſacra æternitatẽ dei oſtẽdit. 39

Scriptura quid de luce admoneat. 5
Scriptura palã nõ dicit,ſed ſignificat. 41
Scriptura quomodo & quãdo factum ſit cœlum oſtendit. 40
Scriptura ſancta,quid ſæpe repetat. 54
Scriptura vnde mũdũ factũ eſſe teſtet. 42
Separationis cœli & terræ cauſa. 47
Septẽ dierũ ad ſeptẽ mũdi ætates coll. 68
Septimi diei dedicatio. 62
Sex dies totidem ætatibus conuenire. 68
Sol die quarto mũdi naſcentis, æquinoctium vernale conſecrauit. 52.53
Sol dies,luna noctem,ſidera totos annos diſcernunt. ibidem.
Sol ex medio oriẽtis procedens,æquinoctium vernale conſecrauit. 53
Sol quare magnus. 51
Sol quomodo anni ſpaciũ cõpleuerit. 51
Salomonis imperium. 69
Spes recipiendæ imaginis dei,qualis. 60
Spiritus creator. 59
Spiritus fabro cõparatus. ibidem.
Spiritus dei benignitas & bonitas. 47
Spiritus ſancti præſentia. 43
Stellarum obſeruatio. 53
Stellas etiam die videri,& conſpici. 52
Stellas nocti tantum lucis ſolatium afferre. ibidem

Supernum ſeculũ totas tenebras diſpulſas habere. 44
Sidera quacũq; incedũt, lucẽ inferunt. 52
Sidera aëris qualitatum ſigna. 51
Sidera vndecunque diſcedunt, tenebras relinquunt. 52
T
Tellus inuiſibiles aquarum venas habens. 48
Tempora non ex conditione ſiderum, ſed ex principio ſunt. 49.50
Tempus celebrandæ reſurrectionis. 53
Tempus paſsionis Chriſti. 54
Tenebræ inferiore orbis parte locum ſortitæ. 44
Tenebræ non ſolùm qualitate, ſed loco diſcretæ. ibidem.
Tenebræ nullæ in aqua & aëre. 41
Tenebras antè quàm lucẽ creatas. ibidẽ.
Terra cognata aquæ. 57
Terra longè latéque ſubſidens. 48
Terra nil noxium protulit ante reatum hominis. 63
de Terra non de ſemine germina. 49
Terra non informis. 42
Terra omnis corrupta vitiis humani generis. 68
Terra partes cõcauas fluuiis prębens. 48

Terra quando apta germinibus producendis. ibidem.
Terra quando formam acceperit. 42
Terra quare inanis. ibidem.
Terræ moles appenſa in nihilo. 46
Tranſlationis aliûs fides. 65
Tranſlationis antiquæ fides. 57
Tranſlationis variata ratio. 56
Triduum horis indiſcretum. 51
Trinitas myſtica, vbi inducta. 57
Trinitas ſancta vbi ſignificata. 43
Trinitatis perceptio. 60

V

VErbũ Dei intus habuit apud ſe ante tempus̃, quę ex tempore foras eduxit. 46
Verbũ Dei quomodo intelligẽdũ. 43. 44
Verno tẽpore mũdi ornatus perfect⁹. 49
Veſpera paſchæ celebrationis. 54
Virginitas honoranda. 61. 62
Vita æterna nulla rerũ viciſſitudine à cõtemplando Deo trãſmutabitur. 71
Vita præſtans tranſibit. ibidem
Vmbra ex corporibus mundi, tenebras dedit. 47
Vna & æqualis ſubſtantia trinitatis. 59
Vnitas trinitatis. 58

FINIS.

IN TRES

τῶν ἀντικειμένων libros,

Index.

ABba pater, nos clamam' in ſpirituſáčto.172.173
Abba pater, ſpiritus filij clamat in nobis,
Accedite ad Dominũ, & illuminamini. 189
lucem inacceſſibilem illã nemo videt.
Adã primùm creatus eſt,deinde Eua.74
adam & Eua ſimul creati leguntur.
Adorabis Dominum Deũ tuum.93. 94
adorate ſcabellum pedum eius.
Aduerſarius quis erit,ſi Deus pro nobis? 173
aduerſarius veſter diabolus , quęrit quẽ deuoret.
AEgyptiis dominus ſaluatorem mittet. 90
ægyptios dominus percutiet plaga.
Angeli in eũ proſpicere deſiderant. 154
angeli ſemper vident faciem patris mei.
Angeli ſéper vidẽt faciẽ patris mei. 154

angeli omnes in miniſterium ſunt miſſi.
Anima hominis ad patrẽ aduocatur. 108
anima domum patris obliuiſci iubetur.
Animæ in AEgyptum venientes ſeptuaginta. 84
animæ in AEgyptum venientes ſeptuaginta quinque.
Animam non poſſunt occidere. 150
anima mea malis repleta eſt.
Animalia non reuertebantur cùm incederent. 100
animalia ibant & reuertebantur.
Animalia quædam ex lege Moyſi immunda. 84
animalia quædam etiam in arca Noë immunda.
Anni peregrinationis in AEgypto, cccc. 75. anni peregrinationis in AEgypto, ccccxxx.
Anno ſecundo Nabuchodonoſor ſomnium eſt factum. 102
anno tertio pueri adducti ſuut.
Anno primo Cyri regis Daniel fuit. 103
anno tertio Cyri regis Daniel fuit.
Aquas in plateis diuide. 129
aquas tu ſolus habeto.
Argue, increpa, in omni patientia. 190
argue cum omni imperio.

 211

Aſcendit in cœlum. 93
aſcẽdit in cœlũ nemo, niſi qui deſcẽdit.
Auerſus es ab ira tua. 114
auerte iram tuam à nobis.
Aure audietis, perſona filij loquitur. 164
aure audietis, perſona ſpiritusſancti loquitur.

B

BAptiſmus in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. 157. 158
baptiſmus in nomine Ieſu Chriſti.
Beatus qui non eſt compunctus triſtitia delicti. 138. Lugete & plorate.
Beatus qui ſuffert tentationem. 149
ne nos inducas in tentationem.
Beneficium cum electione. 136
beneficium ſine electione.
Bonum in me non habitat. 177
viuo nõ ego, ſed viuit in me Chriſtus.
Bonum in me non habitat. 177
viuit in me Chriſtus.
Bonũ faciẽs nõ eſt, vſque ad vnum. 110
bonum faciens eſt populus dei.
Bon⁹ hõ de bono theſauro pfert bõa. 153
bonus nemo niſi ſolus deus. 78
Bona omnia & dominus & ſeruus. 78
bonus nemo niſi ſolus deus. 78
Bona valde erant omnia. 78

bona quędam non erant,ſed immunda.

C

CAlceamentum ſolue de pedibus tuis. 86

calceamenta habebitis in pedibus veſtris.

Calix vini meri plenus. 113

calix plenus mixto.

Carne mea videbo Deum Saluatorem meum. 148

caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt.

Carne non viuimus,nec ſecundum carnem militamus. 177

carnalis ego ſum,Paulus ait.

Caro non prodeſt quicquam. 162

carnem meam non edens,non habet vitam.

Chriſtus ex ſemine Dauid ſecundũ carnem. 167

ſi nouimus Chriſtum ſecũdum carnem, iam non nouimus.

Circuncißio prodeſt, ſi legem cuſtodias. 180

ſi circuncidamini, Chriſtus nil prodeſt.

Circunciſis Chriſtus nil prodeſt. 181

circuncidit Timotheum diſcipulum Paulus.

Clamamus in ſpirituſancto, Abba pater. 172.173
clamat in nobis ſpirituſſanctus, Abba pater.
Clama, ne ceſſes. 97
clamor tollatur à vobis.
Clamans laboraui, raucæ factæ ſunt fauces meæ. 112
ſicut agnus non aperuit os ſuum.
Confuſio eſt adducens peccatum. 134
confuſio eſt adducens gloriam.
Contendere noli verbis. 190
contradicentes reuincere debent epiſcopi.
Cor meum iucundetur. 115
cor meum timeat nomen tuum.
Cor regi in manu Dei eſt. 129
cor Nabuchodonoſor ſecundum voluntatem ſuam fuit.
Corruptio carnis Chriſti negata. 105
corruptio carni Chriſti attributa.

D

DA bono, & non peccatori. 137
da omni petenti te.
Deum ſe vidiſſe Iacob teſtatur. 82
Deum nemo vidit vnquam.
Deus author & creator boni. 80
deus faciens pacem, & creans malum.

Dederunt potum acetum cum felle.156
dederunt in eſcam meam fel.
Deus erat in Chriſto,mundum reconcilians ſibi. 177
deus deus meus quare dereliquiſti?
Deus ad iracundiam prouocatus. 98
deus ad iracuudiam prouocandus.
Deus iuſtus & verax eſt. 115
deus fruſtrà Iob afflixit.
Deus non mentitur,nec mutatur. 91
deus mutauit ſententiam cumNiniuitis.
Deus ſeptimo die requieuit. 75
deus vſque modò operatur. 75
Deus vult omnes homines ſaluos fieri. 187
deus cui vult miſeretur,& quem vult indurat.
Diabolus nominauit Chriſtum filiũ dei. 153
diabolus explorat an ſit filius dei.
Die primo angeli,ſexto homo creati ſũt. 74
die vna angeli & homo creati leguntur.
Dies vna creationis mundi. 72.73
dies ſeptem creationis mundi.
Dies veſpere & mane fuit. 73
ſidera deinde quarto die facta.
Diligite amicos veſtros,&nõ ĩimicos.89

diligite inimicos veſtros.
Dolores & tribulatiões ĩuenerũt me. 105
dolores & tribulationes ego inueni.
Dominus Aegyptiis ſaluatorẽ mittet. 97
dominus Aegyptios percutiet plaga.
Dormienti deo dicitur, Exurge dñe. 108
neque dormitabit neque dormiet.
Dulcedo voluminis Ezechielis ĩ ore. 100
amaritudo in indignatione ſpiritus.

E

ECcleſia eſt. 132
eccleſiis ſeptem ſcripſit Ioannes.
Eſcam fœnum vt bos comedit. 146
eſca eius electa eſt.
Eſca domini fel, potus verò acetum. 156
acetum cum felle mixtum.
Exauditus non eſt Dauid clamans ad dominum. 105
exauditus eſt Dauid clamans ad dominum.

F

FErmentum de ſacrificiis abiiciendum. 98
fermentatus panis adhibendus.
Filij Abrahæ Iudæi ſunt dicti. 162
filij diaboli Iudæi dicti.
Filium dei ſe fore Paulus expectat. 173
filios Dei nos eſſe Paulus prædicat.

Filius Dauid Chriſtus eſt. 159
Dauid ipſum dominum vocat?
Filius ex deo natus, non peccat. 194
filios genui, ipſi autem ſpreuerunt me.
Fides ſine operibus mortua. 191
ſides ei, qui non operatur, reputatur ad iuſtitiam.
Fruſtrà nihil facit deus. 147
fruſtra ipſum Iob afflixit.
Fugite perſecuti in aliam ciuitatem. 150
fugit mercenarius, dat animam paſtor,

G

GAzophylacium ſacerdotum ad Meridiem. 101
gazophylacium ſacerdotum ad Aquilonem.
Generationem eius quis enarrabit? 96
generatio eius ſic erat.
Gentes hæredes forte non notũ fuit veteribus. 82
gentes hæredes eſſe non notum aliis.
Gloriatio Pauli tantùm in cruce Domini. 183
gloriatio Pauli in infirmitatibus ſuis.

H

HEliam ſe non eſſe Ioannes ait. 160
heliam ipſum eſſe Chriſtus dixit.
Helias eleuatus eſt in cœlum. 9

 214

nemo aſcendit in cœlum,&c.
Homo ad imaginem dei factus. 78
deus quis ſimilis tibi?
Homo de limo factus. 79
homo manibus dei factus.
Homo ſexto die factus. 73
homo nõ erat qui operaretur terrã. 73
Homo centum viginti annos viuet. 73
homo multo plures annos vixit. 75
Honora patrem,quartum mandatum.95
honora patrem primum mandatum.

I.

IEſus in iudicium in hunc mundum venit 163
ieſus venit,non vt iudicet mundum.
Ieſus dictus eſt ſedẽs à dextris patris. 159
ieſus viſus eſt ſtans à dextris patris.
Ieſus quadraginta dies cũ diſcipulis poſt reſurrectionem. 194
ieſus dixit cum adhuc eſſem vobiſcum.
Imitatores dei eſtote,Paulus ait. 183
Immutabilis dauid ꝓmiſſus eſt.106.107
immutabilis Dauid mox effectus eſt.
Impij videbunt in quem pupugerũt.104
impius tollatur,ne videat claritatem dñi.
Inimico tuo ne credideris in æternũ. 138
inimico tuo eſto conſentiens in via.

Iniquos perſequitur malum. 103
iniquis bene eſt omnibus.
Initium peccati, ſuperbia eſt. 134
initium peccati, cupiditas eſt.
Interpres Gabriel erit. 103
interpres non erat.
Inuocantibus omnibus prope eſt. 127
inuocabunt me, & non exaudiam.
Inuocabunt me, & non exaudiam. 127
inuocantibus te omnibus miſericors es.
Iob ſeipſum reprehendit. 146
iob amicis tribus præfertur.
Iob deſperaſſe legitur. 141
iob parci ſibi deſiderauit.
Iob vias ſuas redarguit. 147
iob ſcit quòd iuſtus ſit.
Ioannes Chriſtũ veniſſe prædicauit. 161
ioannes, an Ieſus Chriſtus ſit quæſiuit.
Ioannes, nõ manducans neq; bibẽs. 158
ioannes eſca, locuſtę & mel.
Iraſcimini, & nolite peccare. 104
iram omnem deponite.
Iracundia à deo longè eſt. 98
iracundia & furor cum deo eſt.
Iſraël quarta generatione exiens de Aegypto. 81
iſraël quinta generatione exiens de Aegypto.

Iudicium patri attributum. 162
iudicium omne filio dedit.
Iudicia oris tui omnia pronunciaui. 124
iudicia dei inſcrutabilia ſunt.
Iudiciis tuis non declinaui. 125
iudicia tua doce me.
Iurabitis per nomen meum. 95
iurare nolite omnino.
Iuſtificabitur in conſpectu tuo non omnis viuens. 126
elegit nos, vt eſſemus ſancti.
Iuſtificationes tuas in corde abſcondi. 123
iuſtificationes tuas doce me.
Iuſtus mãducãs repleuit animã ſuam. 128
iuſtuè Paulus eſuriit, ſitiuíque.
Iuſtè omnia diſponis 133
non puniendum condemnas.

L

Laus Corinthiorũ, ꝙ nil deſit eis. 174
ſchiſmata & contentiones in Corinthiis.
Laus eius ſemper in ore meo. 107
laudem ſepties in die dixi tibi.
Laudabunt te domine non mortui. 121
laudabo nomen tuum in æternum.
Laudet te os alienum. 130
laudat ſe Iob de multis.
Legẽ Paulus ſe nõ deſtruere teſtatur. 170

legem deſtrui à Paulo prædicatur.
Lex ſancta & iuſta eſt. 171
lex virtus peccati eſt.
Lexvbi nō eſt,ibi nec p̄uaricatio eſt.170
præuaricatores omnes peccatores terrę.
Lex iuſto non eſt poſita. 117
legem pone mihi domine.
Lex vbi non eſt,ibi nec peccatum imputatur. 172
peccatum Cain & patriarchæ non agno uerunt.
Lex vbi nō eſt,ibi nec p̄uaricatio eſt. 168
peccato omnes obnoxij ſunt
Locutus ſum palam mundo. 166.167
locutus ſum hæc in prouerbiis.
Longæuitas vitæ promiſſa eſt. 87
longæuus vitæ deplorata eſt.
Lucem inacceſsibilē illa nemo videt.189
accedite ad dominum & illuminamini.

M.

MAgiſtrū ſe dici Chriſtꝰ noluit. 154
magiſtrum ſe Chriſtus &dominū aſſeruit.
Magnitudinis eius non eſt finis. 126.127
Magnus ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.
Maior ſeruiat minori. 77
maior adoratur à minori.

Maledici regnũ dei nõ poſſidebunt. 175
maledixit Paulus Ananiæ.
Mandatũ non nouum ſcribo vobis. 126
mandatum nouum do vobis.
Mandatum tuum latum nimis. 125
porta anguſta eſt vitæ.
Manſuetudo Galatis præcepta. 182
manſuetudini virga adiuncta.
Mendax omnis homo. 195
mendax non Dauid, hæc loquens.
Mirabilia multi ſancti fecerunt. 113
mirabilia magna ſolus deus facit.
Mori Paulus cupit, & eſſe cũ Chriſto. 189
mori non vult Paulus, ſed ſuperueſtiri.
Mors ſuper illos veniet. 110
viuentes deſcendunt ad inferna.
Mortem quis non videbit? 118
mortẽ non videbit, ſermonẽ dei ſeruans.
Mulieribus docere non permittitur. 122
mulieribus docendi poteſtas datur.
Multa habeo vobis dicere. 165.166
omnia nota feci vobis.
Multifariã multíſq; modis locutus eſt. 111
ſemel locutus eſt deus.
Multiplicauit vulnera mea ſine cauſa. 142
nihil in terra ſine cauſa.
Multiplicati ſunt nimis. 120
pauci facti ſunt.

Miſericordes deum videbunt. 140
ſathã inter filios dei aſtitit.
Mutabilis Dauid effectus eſt. 106.107
immutabilis Dauid promiſſus eſt.

N.

NEmo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit. 161
vbi ego ſum, illic & miniſtri mei erunt.
Nemo poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. 144
non omnis qui dicit mihi, domine domine, introibit &c.
Nemo aſcẽdit in cœlũ, niſi qui deſcẽ. 93
helias eleuatus eſt in cœlum.
Nihil in terra ſine cauſa. 142
multiplicauit vulnera mea ſine cauſa.
Nocẽs in opere malo nõ permaneas. 131
nocens non noceat adhuc.
Nomen dei eſt, Qui eſt. 84
nomen dei eſt, deus Abraham &c.
Nouit dñs & decipiẽtẽ & deceptum. 143
nunquam noui vos, dicit dominus.
Numerus nunquid eſt militum eius? 144
decies millies aſsiſtebant ei.

O.

OBlatio victimarum inſtituta. 89
oblatio victimarum deo odioſa.
Omnia nota feci vobis. 165.166

multa habeo vobis dicere.
Omnia nuda & aperta oculis eius. 191
videbo, ait dominus, an ſit ita.
Omnis hypocrita non veniet in conſpectu Dei. 143
omnes gentes congregabuntur ante eũ.
Onera portare alter alterius. 183
onus ſuum quiſque portabit.
Onus meum leue eſt. 125
vias duras ego cuſtodiui.
Opera iuſtitiæ per peccatum perduntur. 99.
opera cuiuſque per ignem proderantur.
Opera veſtra ne faciatis coram hominibus. 148
opera veſtra videant homines
Oratio tuanon iteranda. 134
oratio ſine intermiſſione fienda.
Oues alias habeo adducendas. 163
non ſum miſſus, niſi ad oues Iſrael.

P.

PAcem meam do vobis. 165
pacem non veni mittere in terram.
Parcis minimè delinquenti. 141
parcis peccatis meis.
Pater & ego vnum ſumus. 164

pater maior m e eſt
Patrem nolite vobis vocare ſuper terram. 155
patres noſtri omnes ſub nube fuerunt.
Paucifacti ſunt. 120
multiplicati ſunt nimis.
Paulus aliquando ſine lege vixit. 171
paulus octaua die circuncifus fuit.
Paulus aliquando ſine lege vixit. 171
paulus Hebræus ex Hebræis.
Paulus abundãtius ſe laboraſſe dicit. 176
paulus ſe infimum omnium ſanctorum ait.
Paulus primùm in Arabiam abiit. 178
paulus primùm Damaſci cõmoratus eſt.
Pax in ſublimibus habetur. 144
rex Perſarum reſtitit angelo.
Peccaſſe ſe Iob accuſat. 140
à corde ſuo reprehendi ſe negat.
Peccatum parentum in filiis redditur. 85.86.
peccatum parentum non in filiis redditur.
Peccatum Chriſtus non fecit. 96
peccatum Chriſtus pro nobis fecit.
Peccatum non imputatur, cùm lex non eſt. 171
peccatum Cain & patriarchæ agnouerun

runt.
Peccatum quod operor non intelligo. 171
peccatum non cognouimus, niſi per legem.
Peccatum Iudæi ante aduentum Chriſti habebant. 98.99
Peccatum non haberent, ſi non veniſſet Chriſtus.
Peccatum veſtrum nunc manet. 163
peccator Paulus primus legitur.
Peccatum non facit omnis qui eſt ex deo. 194
peccatum nos non habere ſi dixerimus, &c.
Peccatum non facit ex deo natus. 194
filios genui, ipſi autem ſpreuerunt me.
Peccati initium, ſuperbia. 134
peccati initium, cupiditas.
Peccato omnes obnoxij ſunt. 168
vbi nata lex, ibi nata præuaricatio.
Peccato omnes obnoxij ſunt. 169
peccatores multi ꝑ inobediẽtiam vnius.
Peccator cùm ĩgemuerit, ſaluus erit. 107
peccatorem deus non exaudit.
Peccatoribus ſe deus non commiſcet. 119
peccatorib⁹ ſe Chriſtus accommodauit.
Perfectionẽ Paulus abeſſe teſtatur. 186.

perfectionem Paulus adeſſe ſignificat.
Perſonam filij loquentis Ioannes demon ſtrat. 134
pſonã ſpirituſſancti loquẽtis Paul⁹ dicit.
Petite in nomine meo,& accipietis.166
petiit Paulus ter,nec impetrauit.
Placet vnuſquiſque proximo ſuo. 174
ſi hominibus placerem,ſeruus Chriſti nõ eſſem.
Placere omnibus per omnia,ſicut Chriſto. 178
ſi hominibus placerem,ſeruus Chriſti nõ eſſem.
Porta anguſta eſt vitæ. 115
mandatum tuum latum eſt nimis.
Poteſtas non eſt niſi ex deo. 173
regnauerunt ipſi,ſed non ex me.
Præcepta dedi eis non bona. 100
præcepta & iuſta & bona ſunt.
Prędicatores bonos vult deus. 109
prædicatores etiam malos admittit.
Præuaricatores ſunt omnes peccatores terræ. 170
vbi non eſt lex,ibi nec præuaricatio.
Principes mali,non ex deo. 103
principes etiam mali ex deo.
Prole carentes maledicti. 94
prole etiam carentes benedicti.
Promiſſio d ei Dauid facta. 116

promiſſio dei immutata viſa.
Promiſſio domui Heli facta eſt. 95
promiſſio eadem immutata eſt.
Prophetam ſe eſſe Amos negat. 104
prophetam ipſum eſſe nos nouimus.

Q

QVęrētes animā ei⁹ vī faciebāt.107
Quærentes non ſunt animā eius.

R

REctor mundi ſecūdum omnes ſcripturas deus. 184
rectores mundi aduerſarij noſtri.
Redemptorē corporis Paulus ſperat.173
redemiſſe nos Chriſtū Paulus prædicat.
Reges regnauerunt,non ex me. 103
reges regnare facit,etiam hypocritas.
Regnauerunt ipſi,ſed non ex me. 173
poteſtas non eſt, niſi ex deo.
Regnabit cum Chriſto mille annos.186
ſemper cum domino erimus.
Reſurget minime homo dormiens.146
reſurgemus quidem omnes.
Rex Perſarum reſtitit angelo. 144
pax in ſublimibus habetur.

S

SAbbatum ſanctificandum. 88
ſabbatum deo odioſum.
Sacerdos quoſdā mortuos nō cōtīgat.88

ſacerdos mortuos omnino non contingat.
Sacrificium deo immola. 109
ſacrificium ſi voluiſſes, dediſſem.
Saluum me fac de limo profundi. 112
infixus ſum in limo profundi.
Sanguinem comedere prohibitum. 83
ſanguinem comedere præceptum.
Sathan inter filios dei aſtitit. 140
miſericordes deum videbunt.
Schiſma & contentiones inter Corinthios. 174
laudantur Corinthij ꝙ nihil eis deſit.
Sedet dominus à dextris tuis. 119
ſede à dextris meis.
Semel locutus eſt deus. 117
multifariam multíſque modis locutꝰ eſt.
Semper cum domino erimus. 186
regnabunt cum Chriſto mille annos.
Semper vobiſcum ero ad conſummationem ſeculi. 157
ſemper pauperes vobiſcum habebitis me non ſemper.
Sententiam Dei Daniel immutabilem nouit. 102
ſententiam dei mutandam perſuaſit.
Sententia dei Heli promiſſa. 95
ſententia dei immutata eſt.

Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil podeſt. 181
circuncifio prodeſt,ſi legem ſeruaueris.
Silentium ſibi Ieremias indixit. 98
ſilentium idem poſtea ſoluit.
Similis quis erit deo? 119
ſimiles erimus ei.
Si nouimus Chriſtum ſecundum carnem, iam non nouimus.
chriſtus ex ſemine dauid ſecundum carnem. 97
Species non eſt ei,neque decor. 97
ſpecioſus forma præ filiis hominum.
Spūs domini repleuit orbē terrarū. 162
ſpiritus domini diſcurrens & mobilis dicitur.
Spiritus domini bonus eſſe dicitur. 133
ſpiritus domini malus in Saul.
Spiritus domini ſuper me,Ieſus ait. 96
ſpirituſſanctus nondum erat datus.
Spiritus dona ad menſuram dantur.
ſpiritus ad menſuram deus non dat.
Spūſſancto clamam⁹,abba pater. 172.173
ſpiritu filij clamamus abba pater.
Sterilitas maledicta. 95
ſterilitas benedicta.
Subiecta oīa ſub pedibus Chriſti.191.192
ſubiecta nondū omnia ſub pedibus eius.

T

TAciturnitas Chriſti tanquã ouis. 85
clamans laborauit.
Tempeſtas demerſit me. 112
tempeſtas aquæ non me demergat.
Tentat vos deus. 94
tentat neminem deus.
Tentatio vt abſit oramus. 149
tentatio beatos facit.
Terra ſexta die creata non legitur in Geneſi. 73
terra ſexta die creata legitur in Pſalmis
Terra æternum ſtabit. 131
terra & omnia auferuntur
Terra fundata ſuper nihilum. 139
terra fundata ſuper aquas.
Timeas dominũ, & neminem alium. 138
timeat vxor virum, & ſeruus dominum.
Timor non eſt in charitate. 194
timor domini caſtus permanet.
Triſtes diſcipuli fuerunt domini. 76
triſtantem mecum inueni.
Triſtitia delicti præcepta eſt. 138
triſtitia delicti beata non eſt.
Tunicas duas Moyſes habere iuſs' eſt. 90
tunicas duas diſcipuli prohibiti ſunt habere.

V

VBi ego,illic& miniſter me' erit. 161
nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit.
Viæ vniuerſæ domini miſericordia & veritas. 106
viæ omnes domini veritas.
Viam iniquitatis ambulans non reuertetur. 128
viam iniquitatis ambulans Paulus reuerſus eſt.
Vias domini non ambulabunt iniqui 121
vias domini Paulus iniquus ambulauit.
Vias duras ego cuſtodiui. 125
onus meum leue eſt.
Videbo,ait deus,an ſit ita. 191
omnia nuda & aperta oculis eius.
Videbunt in quem pupugerunt 104
tollatur impius ne videat gloriam dei.
Virga diſcipulis prohibita. 152
virga tantùm ferenda admiſſa.
Virga Corinthiis minatur. 182
manſuetudo Galatis præcipitur.
Viuentes deſcendunt ad inferna: 110
mors ſuper illos veniet.
Viuit in me Chriſtus. 177
bonum in me non habitat.

Viuo non ego, ſed viuit in me Chriſtus. 110
bonum in me non habitat.
Voluminis Ezechielis dulcedo ĩ ore 100
voluminis amaritudo in indignatione ſpiritus.
Vxor ſubiicienda viro. 77
vxor audienda à viro.
Vxores odire Chriſtus iubet. 160
vxores diligere Paulus docet.

Indicis in libros Antikeinènon Finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE